

peccata mortalia. si eis non consentiat. Et hoc patet dupliciter. Primo quidem quia ipsa sensualitas non potest esse subiectus peccati mortalis ut super habitu est. Est autem eadem natura sensualitatis in infidelibus & fidelibus. Unde non potest esse quod solus motus sensualitatis in infidelibus sit peccatum mortale. Alio modo ex statu ipsius peccatis. Namque enim dignitas persone diminuit peccatum. Sed magis auget. ut ex supradictis patet. Unde nec peccatum est minus in fideli quam in infideli. sed multo maius. Nam & infidelium peccata magis meretur ueniam propter ignorantiam. secundum illud. i. Thym. i. Misericordiam consequutus sum. quia ignorans feci in incredulitate mea. Et peccata fidelium aggrauantur propter gratiam sacramenta. secundum illud. Heb. x. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia quam sanguinem testamenti quo sanctificatus est pollutum duxerit. Unde cum dicat Augustinus in libro de gratia & libero arbitrio. quod quod non sunt in christo ihesu sentientes carnem sequuntur damnationem & si non secundum carnem ambulant debet intelligi de damnatione debita peccato originali quod auferitur per gratiam ihesu christi in baptismo. quod quis maneat concupiscentie fomes. Unde hoc quod fideles concupiscunt non est in eis signum damnationis originalis peccati sicut est in infidelibus. Et hoc etiam modo loquitur apostolus. Ro. viii. Nihil damnationis est hiis qui sunt in christo ihesu. qui non secundum carnem ambulant. loquens ibi de concupiscentia sensualitatis. per hoc enim insinuat quod concupiscere non est damnabile hiis qui non secundum carnem ambulant. consentiendo scilicet concupiscentie quod sunt in christo ihesu. quod uidelicet huiusmodi damnatio debita originali peccato ablata est per gratiam ihesu christi in fidelibus. non autem in infidelibus.

Hoc sextum scilicet uerbum peccatum ueniale possit esse in aliquo cum solo originali. dicendum quod impossibile est quod peccatum ueniale sit in aliis cum originali peccato. absque mortali. cuius ratio est. quod ante quod ad annos discretionis pueniat defectus etatis prohibens usum rationis excusat eum a peccato mortali. Unde multo magis excusat eum a peccato ueniali. si committat aliquid quod fit ex genere suo tale. Cum uero usum rationis habere cepit. non omnino excusatur a culpa uenialis & mortalis peccati. sed primum quod tunc homini cogitandum occurrit est deliberare de seipso. & siquidem seipsum ordinauerit ad debitum finem per gratiam consequetur remissionem originalis peccati. Si uero non ordinet seipsum ad debitum finem secundum quod in illa etate est capax discretionis peccabit mortaliter non faciens quod in se est & ex tunc non erit in se peccatum ueniale sine mortali. nisi postquam totum fuerit sibi per gratiam remissum.

DE SUPERBIA. PARS TERTIA. DISTINCTIO. .I.

Post considerationem prehabitam de peccatis in generali. consequenter considerandum est de peccatis in speciali. Et quia a septem capitalibus uitiis omnia alia uicia uel peccata trahunt originem & reducuntur ad ea. ideo congruus erit ordo de septem uitiis considerare per ordinem. & sub quolibet eorum tractare

re de singulis peccatis specialibus quod sub illo capitali uicio continentur. Imprimis autem agendum est de superbia. de qua dicitur. Eccli. x. Initium omnis peccati superbia. Hec est regina omnium uiciorum. sicut dicitur. Gre. xxxi. mo. ca. xxxi. Est autem superbia inordinatus appetitus proprie excellentie. nam superbus appetit excellentiam ultra debitam rationem. Unde superbus dicitur est quod super uult uideri quod est. sicut dicitur. ysa. li. et. & superbia dicitur quod superire. Ideo dicitur Augustinus. xiiii. de ci. dei. quod superbia est uerse celsitudinis appetitus. Ab huiusmodi appetitu debent nos retrahere. Uilitas humane conditionis. Fragilitas nostre corruptionis. Innumera peccata quod committimus. Et damna per maxima quod incurrimus. **P**rimo quidem debet nos retrahere uilitas humane conditionis. Si consideret homo materiam prime formationis. quod primus homo formatus est non solum de terra quod inferius obscurior & uilior est aliis elementis. sed de limbo terre. Gen. ii. Formauit deus hominem de limbo terre. Job. x. Memoro queso quod sicut lutus feceris me &c. Et. xxx. Compatus sum luto. affimulatus sum faulle & cineri. Uterius si consideret materiam proprie conceptionis quod multo uilior est quod de semine immundo. Job. xiiii. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine. Vere immundum. fetidum. & infectum est semen conceptionis humane. ex cuius contactu anima quod creatura munda & pulchra. contrahit fedicitatem. turpitudinem. & fetorem originalem peccati. & ex coniunctione sui cum leprosa carne contrahit lepra iniquitatis. Sicut enim ex uase corrupto liquor infusus corrumpitur. & pollutum tangens ipso contactu polluitur sic ex contactu pollutum seminis anima maculatur. & adeo rea efficitur ut gloriosa dei uisione puerit perpetuo. nisi per sancte regenerationis lauacrum expietur. Uterius si consideret quo cibo nutritur in utero. uidebit quod uilissimo scilicet sanguine matris. de quo dicunt philosophi. quod ex eius contactu fruges non germinant. arborum arbuta. moriuntur herbe. amittunt arbores fructus. & animalia fetus suos. Si canes ex eo comederint. in rabie conuertuntur. Tandem si consideret quod & qualia sunt quod de corpore exeunt. puta quid per os. quod per nares ceterosque meatus corporis uilius sterquilinum nuncius uidisti. Herbe quippe & arbores ex se producunt frondes flores & fructus. & tu de te lentes pediculos & lubricos emittis. Ille de se effundunt uinum oleum & balsamum. et tu de te spiritum & urinam & stercurum. Ille de se spirant suauitatem odoris. & tu de te abominationem fetoris. Hec omnia prebent homini necessitatem humilitatis. & propterea excludunt occasionem superbie. Unde bene ait quidam. Cum fex cum limus cum res uilissima simus. Unde superbum in terra redimus. Unde bernardus ait. De sordibus generamur. in tenebris confouemur. matres nostras grauidas oneramus. in partu doloribus angustiamur. & ad modum uipe in exitu laceramus. Quid est homo nisi sperma fetidum. uas stercore. cubus uermium. **S**cdo superbiam dissuadet fragilitas nostre corruptionis. De qua multa inuenies super

de morte. Et in passione sancte cecilie. Quid superbis o homo cuius uita humores distemperat. dolores attenuat. ardores exsiccant. aure morbidant. esce inflant. ieiunia macerant. ioci dissoluunt. tristitie consumunt. sollicitudo coartat. securitas hebetat. diuitie iactant. paupertas deicit. iuuentus extollit. senectus incuruat. infirmitas frangit. languor atterit. & post omnia mors furibunda succedit. quod uniuersis gaudiis fine imponit. ut cum esse desierint. non fuisse putent. **Bern.** Inter omnia animantia pauperrime nascitur homo. Sed non paupior nascitur quam uiuit. detrahe corium animalium. lanas ouium. limum terre & reddant singula singulis. quid habes o homo unde iste fastus. ista superbia. cuius criminosa natiuitas. cuius natiuitate demolitur penalitas. cuius penalitate concludit mortis necessitas. cui esse est momentu. uita naufragium. mundus exilium. uita spodet mortis distantiam. mors instat aut minatur presentiam. **Eccii. x.** Omnis potentatus breuis uita. hodie rex est & cras mortuus. **Et ibidem.** Quid superbis terra & cinis. **Ideo** in capite ieiunii ecclesia intendens homines reuocare a superbia & puocare ad humilitatem. super capita imponit cinerem ut ad mortis memoriam humilient. cogitantes quod cinis sunt. & in cinerem reuertentur. **Legitur** de Xerse rege persarum et medorum. cum esset superbissimus & potentissimus & ditissimus. & iret contra grecos cum mille milibus armatorum. & m. & cc. nauiculis rostratis. & tribus milibus onerariis uidens ante se tam immensum exercitum cogitauit de morte. & ad quid deueniret usque ad .c. annos totus ille exercitus. tunc coram omnibus fertur dixisse. **R**egem me uocant homines tam fortis et tam gradis exercitus. ego autem me fateor reges pulueris & cineris. **Sic** abraham. **Gen. xviii.** Loquar ad dominum meum cum sim puluis & cinis. **Aug.** Memeto quod puluis es & cinis. & nisi te humilies. quanto magnus es per dominum omnino quod es. **Nunc** quid tu primo angelo sublimior. nunc quid tu eo in terra. quod ille in celo splendidior. quod si ille de tanta felicitate ad tantam miseriam cecidit per superbiam. quanto tu de tanta miseriam cum superbia ascendere poteris ad tantam glorie excellentiam. **Item** superbus est ut pauo qui cum extollitur de cauda faciens rotas circumspiciens plumam suam rotunditate. uidens pedes. in fine suum considerans. superbiam deponit & caudam demittit. **Item** ad idem facit proprie infirmitatis consideratio. quod tanta est quod a pulicibus & muscis & aliquando etiam minoribus animalibus ledimur. **Aug.** Dixit homo conuictus & intumescens isti. defende te a pulicibus si potes & dormi. **Gre.** Potuisset dominus superbum populum pharaonis domuisse ursis & leonibus. sed ranas immisit eis. muscas & cynipbes ut minutis & uilibus animalibus humana superbia confunderetur. **Sicut** legitur in cronice precibus christianorum & maxime iacobi episcopi fugatus est exercitus labor superbi regis persarum quod obsederat migdonum ciuitatem. surgente nebula de flumine immittere in exercitum diuersa genera acutissimorum muscarum intra

tium in aures & pmulcidas & oculos elephatorum & equorum. & iumentorum et hominum quod eos ad fugam & quasi ad insaniam compellebant. ut ipsi gentiles faterentur deum christianorum potentissimum. **Sic** anthyochus infirmitate graue sentiens cepit ad agnitionem sui de superbia sua uenire. ut legitur. **ii. Mach. ix.** Similitur de alio anthyochus **ii. Mach. v.** qui pre superbia existimabat. **Et** ad idem etiam facit consideratio infirmitatis aliene. **Sicut** de iosaphath & barlaam dicitur quod cum ipse iosaphath uideret cecum leprosum & decrepitem senem. et audiens quod humana miseria poterat ad hoc deuenire. ingemuit intra se humiliatus. **Item** dicitur quod odo episcopus parisiensis. cum comederet despicabiliores paupes faciebat an se ponere. alios hinc. & alios inde. **Hoc** idem faciebat beatissimus ludouicus. **Ad** idem etiam ualeat exemplum humilitatis christi. **Bern.** Intollerabilis imprudentie est ut ubi se eximantur maiestas inflect uermiculus & intumescat. eximantur se usque ad exemplum extreme depaupationis. subiectionis. deiectionis extra urbem in caluariam. reiectionis cum dicitur non hunc sed barrabam. actus lauando pedes maxime perditos. & usque ad exemplum nouissime passionis & mortis. crucis. **P. ii.** Humiliauit semetipsum. glo. ecce habemus humilitatis exemplum. superbie medicamentum. **Quid** ergo intumescis homo. pellis morticina quid inflaris. **Tertio** superbiam dissuadent peccata quod committimus. superbia enim ex sua natiuitate eleuat cor & extollit. sic dicitur. **Job. xi.** Vir uanus in superbia erigitur. **Et. xv.** Cum tunc diebus uite sue ipse superbit. **Sed** consideratio peccatorum humiliat. et quasi quoddam pedus grauissimum deprimat. peccata. Iniquitates mee supergressa sunt caput meum. & sic onus graue grauante sunt super me. **Et.** **Cum** quedam puella transiret aquam. & uentus uehemens flaret timens ne per eam aquam deiceretur & submergeretur. lapidem grossum supposuit humero suo. qui suo pedere contra uentum eam retineret. **Quod** uidens senex quidam & audies causam ab ea. stupuit. clamans. modo uenerunt tempora quod pueri docent senes. **Sic** nos contra uentum superbie habemus magnam resistiuum pondera peccatorum nostrorum. **Item** ad hoc facit consideratio status nostri. loci & temporis in quo sumus. sicut infra declarabit. sed de mundo. **Ad** idem multum ualeat consideratio mortis. super de morte. **Item** consideratio extremi iudicii. super de iudicio. **Quarto** peccatum superbie dissuadet multa damna quod incurrimus. **Superbia** namque reddit hominem multipliciter criminiosum. quia initium omnis peccati superbia. **Eccii. x.** **Bern.** Initium omnis peccati superbia. & causa totius perditionis. tu autem qui salutem operari desideras aduersus hanc caput tuum super cornu crucis habere memento. ut non extollaris prosperis. nec deprimaris aduersis. **Thob. iiii.** **Superbiam** in tuo sensu & in tuo animo nunquam diuini permittas. ab ipsa enim initium super sit omnis perditio. quod patet in peccato luciferi & ad Superbia hinc. **Gre.** est regina omnium uiciorum.

ideo omnia uicia concomitant eam sicut regiam suam. dyabolus autem rex est super omnes filios superbie. **Iob. xli.** Est etiam mater omnium uiciorum. unde ex ipsa sicut ex matre uenenata omnis uenena uiciorum soboles generatur. **Secundo** superbia facit hominem detestabiliter odiosum. tam deo scilicet quam hominibus. **Ecclesi. x.** Odibilis est coram deo & coram hominibus superbia. deo quidem quia deum sub pedibus suis quasi deprimere & conculcare conatur. dum uoluntatem suam non uult subicere. sed diuine proponere uoluntati. **Item** superbia merito deum offendit. quia magnitudinem eius contemnit. imo omne peccatum per superbiam deum offendit. quia omnis peccans dum peccat superbiendo contemnit. **Aug. 9.** Superbia laxat habenas contemptum. non equat puritatem suam diuine uoluntati. non attendit quod sit. sed quid uelit. **Bern.** Quotiens hominibus preesse cupio deum meum preire contendo. **De ipso** namque scriptum est. **Erat** subditus illis. **Quis** quibus deus hominibus. Immo in hoc contra omne ius uult esse seruus maioris domino suo. quod hic uoluit hominibus preesse. **ii. pa. xxx.** de ezechia dicitur. **Iuxta** beneficia que accepit non retribuit domino. quia eleuatus est cor eius. & facta est contra eum ira domini. **Et** notandum quod non solum superbia est prima et precipua in contemptu & offensa dei in peccati one omnium uiciorum. immo ipsa est prima omnium uiciorum origo celestis. in qua maxima dei offensa & implacabilis apparet. quod tam nobilem. & tam sublimem. & tam pulchram. tam stabilem & honorabilem creaturam propter solam superbiam cogitationis que dicebat in corde suo. **Vsa. xliii.** In celum ascendit. et de tanta nobilitate precipitauit ad tantam uilitatem. de tanta pulchritudine ad tantam turpitudinem. de tanta altitudine ad tantam inferni profunditatem. de tanta quiete ad tantam inquietudinem. **Homines** uero odibilis est. quia ceteros despicit et contemnit. calumniatur et opprimit. **Unde** similis est tepestati que surgit subito. et ab ymo uehementer inferiora atterit. et subito cadit. et grauissime premit. **Eze. xxxviii.** de gog et magog opprobriatione grauissima dicitur ascendens quasi tepesta ueniens & quasi nubes. **Et** **Poeta.** **Asperius** nihil est humili cum surgit in altum. **Dicitur** in hystoria transmaria. quod cum nauis uideret ardeam ad modum aquile ab ymo ad alta ascendere. signum est eis statim future tepestatis grauissime. **Sic** superbus cum de ymo ascendit in altum ad modum tepestatis grauissime. **Sap. viii.** Omnis superbus intolerabilis est actu. superbus habitu. pomposus incessu. humi ceruix erecta. facies torua. truces oculi. de loco superiore cernit. melioribus se proponit affectas sententias suas uerba & facta iactat. reuerentiam non obseruat. **Item.** **Gre. in moze.** Superbis proprie tumor in cogitatione. clamor in locutione. amaritudo in silentio. dissolutio in letitia. furor in tristitia. inhonestas in actione. honestas in ymaginatione. erectio in incessu. rancor in responsione. **Item** sicut draco flammicomus & quasi regulus uenena diffundit. **ps. xvi.** Inter superbos semper iurgia sunt. **Et** **ubi** superbia iubi contumelia. **Origenes.** Sunt

nonnulli qui dum tranquillitas fuerit humilitatem in corde & ore solent ostendere. sed si aliqua tribulationis uel scandali peccella surrexerit. statim effrenato ore & erecta ceruice superbia que in corde tegebatur multis conuiciis ab ore profertur. que non tunc nascitur. sed manifestatur. **Gre.** Qualis quisque apud se lateat. illata contumelia probat. **Item** est impatiens subiectionis intolerabilis suppositionis cum hac multitudie graui ascendit ad portandum anthyochus in sanctificatione cum superbia. **i. mach. i.** **Tertio** superbia facit hominem monstruosum uidelicet in altitudine dum uult omnibus superire quod est superbire. cuius altitudo peringit usque ad deum immo super deum dum uult eum pedibus conculcare. **In** grossitudine. quia superbia inflat. **Cinis** enim piectus in celum uertit in uescas. **Exo. ix.** quia homines qui ex nature conditione sunt cinis eleuati in altum per superbiam inflant. ad modum uescicam que a uento uanitatis quo replentur inflantur & exiccant. & magnam spacium occupantes cum modica infirmitatis conpunctione uacuantur. & in modicum. immo quasi ad nihilum rediguntur cum morte crepant. **Similis** est in hoc calamo arundini siue cane. & ideo sunt sicci in eis & uacui. & ad combustionem infernale apert. **Similes** sunt ydropico & superbia ydropisi. que primo facit hominem inflare per indignationem cum tangitur correctione. postea crepare per contumelie irrogationem. **Item** superbi similes sunt buffoni que cum pungit adeo ueneno inflatur quod crepando uenenum emittit & effundit. **Sap. viii.** Distruxerunt dominus illos inflatos sine uoce. **Iud. viii.** Spiritus effraym intumescebat contra gedeon. bene erat inflatus roboam que dicebat. **iii. Re. xii.** Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. **Monstruosos** habet oculos ex quibus spirat ignis indignationis. qui prenduntur usque ad extrema terre per timorem nimio sic est eius facies inflata ut optos habeat oculos. **Superbia** enim est macula que in oculis nascitur dum de eis que uidet in se uel sentit de se excecatur superbiendo. non attendendo a quo bona sint. uel cuius sint. uel ad quod data sint. **Item** aug. 9. **Tumore** meo sepabar a te dominus. et inflata facies mea claudat oculos mentis mee. **Item** dum lippis oculis claritas solis intendit ex ipsa claritate cecitas generatur. **Item** adeo creuit cecitas cordis superbi ut omnia uelit habere bona preter se. **Io. iiii.** Tu es magister in israhel et hec ignozas. glo. qui inflatus ignozas humilis addiscis. **Monstruosas** habet linguam cuius longitudo preedit usque in celum dum loquitur contra deum et usque ad ultimos fines terre. **ps.** Posuerunt in celum os suum. & lingua eorum adhe. in terra. **Item** mutat in diuersa monstra brutoze. **Sic** nabug. **Dan. iiii.** quasi in tot bestias mutat quot bestiarum mozes bestialiter uiuendo imitat. **Item** angelus mutauit in brutum dum luciferum in behemoth mutauit & leuiathan quoniam nature eius spualem subtilitatem quasi mutauit in brutalitatem. **Sicut** improperauit ei datus mediolanensis episcopus. **iii. dial. iiii.** qui cum per negotio fidei iret constantinopolim

ueniens corinthum cum multa societate recepit se in quadam domo quam demones inhabitantes alienam faciebant ab habitacione hominum. Cum autem media nocte ibi quiesceret antiquus hostis cepit ibi fingere rugitus leonum sibilos serpentum grunnitus porcorum & uoces diuersorum aliorum animalium. Cui episcopus alta uoce ait bene contigit tibi miser quod dicebas. In celum conscendam & ecce per superbiam tuam porcis & serpentibus similis factus es. et sic per superbiam ut dignus es imitari bestias. ad quam uocem sic dyabolus erubuit quod a dicta domo sic recessit quod eam ulterius non intrauit. Quarto superbia omne bonum contemnat et destruit. **Ecclesiasticus. xxi.** Domus que nimis locuples adnullabit superbia. **Aug.** Tynea diuitiarum est superbia. quia uidelicet sicut tynea nascitur ex ueste et ipsa corrodit. sic ex diuitiis plerumque nascitur superbia. et ipsa eas consumit in equis familiis festis diuitiis et hominibus. Item frequenter iusto dei iudicio superbi ad maximam inopiam deducuntur. **Uñ ozorius. li. iiii.** dicit quod pseus rex ditissimus qui romanos multotiens uictor occiderat. captiuos duxerat. & in seruos uendiderat. ad ultimum superbiens uictus ab eis capitur. filius eius ad triumphum ductus unum crurum frangitur. ipse inops in carcere consumptus est. filius eius ad tollendam uitam inopia romam arte humanam didicit. atque ibi inopia consumptus est. Item bona nature. sic patet de lucifero. **Eze. xxix.** Tu signaculum similitudinis dei. & cetera. **Et post.** Qui uiderunt te obstupescunt super te. & dicent nihil factus es. & non eris impetuum. Item bona gratie. **Ecclesiasticus. x.** Radices gentium superbarum arefecit dominus. **Apo. iiii.** Angelo laodice dicis quod diues sum. & cetera. & nescis quod miser es & miserabilis & pauper & nudus & cecus. **Uñ maculat omne bonum ut lepra spiritualis. fm. qd. iiii.** **Re. v.** dicit. **Naamas** n. qui erat princeps regis syrie fuit magnus & honoratus apud dominum suum. per eumque dedit dominus salutem syrie. sed totum inquinat quod subditus est leprosus. **Sapiens.** Si tibi gratia. seu sapientia formaque detur. inquinat omnia. sola superbia si comitet. Item alius. Inquinat egregios conuicta superbia mozes. Quinto superbia ipsum superbum exterminat & obruit. exterminat quidem sepe temporaliter. & semper ipsum exterminat eternaliter. **Ipse enim deus deiecit superbos de statu sublimitatis. & eminentie in ymnus deiectionis & confusione extreme. ps.** Deiecisti eos dum alleuarent. **Idem Inimici domini** mox ut honore. f. & cetera. **Luc. ii.** Deposuit potentes & cetera. **Et Ecclesiasticus. x.** Sedes dum superborum destruxit deus & cetera. **Per superbiam uasti deponit & hester humilis ei substituit. Hester. iiii.** **Nabug.** a regno eiectus est. **Dan. iiii.** Regnum tuum transit a te. & ab hominibus eiciet te. **Et. v.** Quoniam eleuatum est cor nabuchodonosor. & spiritus eius obfirmatus est ad superbiam. depositus est de solio regni sui. & gloria sua ei ablata est propter superbiam. **David deiecit golyam. i.** **Re. xvii.** **Iudith** olofernem. **xiii.** **Hester aman.** & eius progeniem. **Item eos confundit. ps.** Confusi sunt quoniam deus spreuit eos. **Sicut illos qui uolentes contra deum**

ascendere edificabant turrim babil. **Gen. xi.** **Senacherib** qui sic contra deum superbiat. ut legitur **iiii. Re. xviii. & xix.** que ut magis eum confunderet noluit eum occidere cum suo exercitu. sed in terram suam cum confusione reuersus. coram deo suo in templo eius ubi adorabat ad maiorem suam confusione a filiis suis occisus est. **Et act. xii.** **Herodes antipas** coram hominibus in superbiam elatus. & ab angelo percussus ignouisse mortem est. **Similitur & pilatus** qui in confusione suam & gnis sui a tyberio cesare et romanis morti ad iudicem ut dicit iosephus apud lugdunum. unde oziundus erat. mittitur puniendus. ubi coram suis ut dicitur suspendio iudicatus. & apud ueniam suspendus ut fertur. unde & uncus ferretur in quo suspendus fuit ibi ostendit in quodam modo prope a castro qui dicitur sanctus chameros in puteo percussus est. a quo ut fertur quotiens percussus ibi lapides tepestates egrediuntur. **Horozius** tamen dicit de eo quod tot malis est effectus quod se manu propria desperans interfecit. quod totus potuit esse. ut damnatus se occiderit. & mortuus suspendium non euaserit. ad quod iudicatus erat. **Iob. xl.** Respice cunctos superbos & confund eos. & cetera. **Propter superbiam abymelech** fecit se ab ar migerio suo occidi ne diceretur quod a muliere fuisset interfectus. **Iud. ix.** **Achitophel** semetipsum suspendit quod consilium eius fuerat infamatum. **ii. Re. xvii.** Propter superbiam absalon contra patrem insurgens suspendus est in quercu. **ii. Re. xviii.** **Choze. dathan.** & **abyron.** propter superbiam se contra moysen erigentes absorti sunt a terra. **Nui. xvi.** **Aman** superbissimus suspendus est. **Iud. vii.** **Nabug.** in bestiam mutatus donec humiliatus cognouit creatorem. **Dan. iiii.** **Balthasar** interfectus & regnum eius translatum est ad medos et persas. **Dan. v.** **Anthyocho** qui propter superbiam putabat se terram ad nauigandum. & pelagum ad iter agendum deducturum. fugatus turpiter de prope superbe locutus est. dicens se uenturum ierosolimam. & eam cogitarem sepulchri iudeorum facturum. sed deus percussit eum inuisibili & insani bili plaga. de cuius casu contritione fetore & morte uilissima habetur. **ii. Mach. ix.** **Herodes** propter superbiam percussus ab angelo. consumptus a uermibus expirauit. **Act. xii.** In passione beati petri etiam habetur de uolatu & casu & attritione symonis magi. **Ite dicitur** quod cornicula uolens frangere nucem & non ualens. eam uolando in altum eleuat. et deiciens eam ad yma super durum lapidem cortice eius frangit. & nucleum comedit. **Sic dyabolus** facit quod diu homines latitant sub cortice & testa humilitatis. non possunt a dyabolo uozari. sed in altum eleuati propter superbiam subito casu mortis fractis corporibus nunc a demonibus deuozantur. **Sic faciunt quedam aues** de ostreis marinis cum non possunt eas uozare quod diu latent in conchis suis & testis in ymo eas eleuat & allidunt & frangunt testas earum. & comedunt eas. **Iob. xxix.** Eleuasti me. et quasi super uentum ponens allisisti me ualide. **Item exterminat eos eternaliter in futuro. ysa. xliii.** **Detracta** est ad

Inferos superbia tua. concidit cadauer tuum
 subter te sternet tynea. & sequitur. Qui dice
 bas in corde tuo. In celū cōscendam sup astra
 celi exal. so. m. & sequit̄. Verū tamē ad infer
 nū detraberis ī pfundū lacī. Nota q̄nto subli
 mioza loca tenuerit quis ī mūdo. tanto pfun
 dioza tormēta sustinebit ī inferno. Apoc. viii.
 Quantū gloriificauit se. & in deliciis fuit. & c.
 Mach. vi. dictū fuit anthycho supbissimo.
 tu uero iustas supbie. r. exolues penas. Itē so.
 phoni. ii. Moab ut sodoma erat. filii amon ut
 gomorra. sequit̄ ratio. hoc enī eis eueniet pro
 supbia sua. Item. ys. v. Descendent fortes ei⁹
 glorioz eius & sublimes ad infernū. Bern.
 Mirū est de supbis q̄ nec cum hoibus habita
 re desiderant. nec ad celū ascendere possunt.
 reliquit̄ ergo eis flāma ignis deuozātis. Exo.
 x. dicit̄. q̄ uentus urens leuauit locustas. & p
 iecit in mare. Iere. l. Cadet supbus & corruet.
 & non erit q̄ suscit̄ eum. Sciendū est etiā
 q̄ superbia duobus modis potest considerari.
 Vno mō fm q̄ spāle pēt̄m est habēs obiectū
 spāle distinctū. q̄ est appetitus inordinatus p
 prie excellentie. ut dictū est. Et sicut dicit̄. aug.
 m. li. de natura & gratia. q̄rat homo et inueni
 et fm legem dei supbiam esse pēt̄m multū di
 stinctū ab aliis uitiis. Vnde ys. & cassionus
 ipam cōnumerāt iter uitia capitalia. Alio mo
 do considerat̄ supbia fm q̄ habet q̄ndā influ
 entia ḡnalem ī omnia pēt̄a. Q̄ potest esse duo
 bus modis. Vno mō p se. inquantū scz omnia
 pēt̄a ordinant̄ ad finē supbie q̄ est ppria exel
 lentia ad quā potest ordinari omne illud q̄ q̄s
 inordinate appetit. Alio mō in directe & qua
 si p accidēs scz remouendo phibēs. inquantū
 scz homo p supbiam cōtemnit diuinā legē per
 quā phibetur aliquis a peccādo. fm illud. Ie.
 ii. Confregisti iugū. rupisti uincula & dixisti
 non seruiam. Gre. ergo considerans supbiam
 fm uniuersalē eius influentia quā habet ī om
 nia uitia non posuit eā esse uitiū capitale. sed
 posuit eam reginā oīm uitiōz. & matrē. Vn
 de ait. xxxi. moz. Ipa uitiōz regina cū deui
 ctū cor plene cepit. mox illud septē principa
 libus uitiis q̄si quibusdā suis ducibus deuastā
 dū tradit. ex q̄bus uitiōz multitudies oriūt̄.

DE GRADIBVS SUPERBIE. DISTINCTIO. .II.

Notandū autē q̄ beatus Bernardus
 ponit duodeci gradus supbie. ī li
 de duodeci gradibus humilitatis.
 & sumūtur p oppositū ad gradus
 hūilitatis. Primus enī gradus hūilitatis ē
 corde & corpe semp hūilitatē ostendere defix
 is in terrā aspectibus. cui opponit̄ curiositas p
 quā aliquis curiose & inordinate circūspicit.
 Scd̄s gradus hūilitatis est ut pauca ūba
 et rōnabilia loq̄tur aliquis non clamosa uoce.
 Cui opponitur leuitas mentis. per quā scilicet
 aliquis leuiter & supbe se habet ī ūbo. Tret
 tius gradus hūilitatis est ut nō sit facilis aut
 promptus in risu. Cui opponitur iecta letitia

Quartus gradus hūilitatis est taciturni
 tas usq̄ ad interzogationē. Cui opponit̄ iactā
 tia. Quintus gradus hūilitatis est. tenere
 q̄d cōmunis habet regula monasterii. Cui op
 ponit̄ singularitas. p quā uult aliquis sancti
 oz apparere. Sextus gradus hūilitatis est
 credere & pnuntiare se omnibus uiliorē. Cui
 opponit̄ arrogancia. p quā scz homo se pfert
 aliis. Septimus gradus hūilitatis est ad
 omnia inutilē se cōfiteri & credere. Cui oppo
 nitur p̄sumptio. p quā scz homo reputat se suffi
 cientē ad maioza. Octauus gradus hūilita
 tis est confessio pēt̄oz. Cui opponit̄ defensio
 pēt̄oz. Nonus gradus hūilitatis est ī du
 ris & asperis pacientiā amplecti. Cui oppo
 nitur simulata cōfessio. p quā scz quis uult subi
 re penitentiā p pēt̄is q̄ simlate cōfiteretur. De
 cim⁹ gradus hūilitatis est obediēcia. Cui op
 ponitur rebellio. Undecim⁹ gradus hūili
 tatis est q̄ homo non delectet̄ facere ppriam
 uoluntatē. Cui opponit̄ libertas peccādi p quā
 homo delectatur facere q̄d uult. Duodeci
 mus gradus hūilitatis ē timoz dei. Cui oppo
 nitur peccādi consuetudo que multiplicat dei
 cōtemptū. In hiis duodeci gradibus ponunt̄
 non solū supbie spēs. s; etiaz aliq̄ aīcedēcia &
 consequētia ad eam. tñ de singulis earū p or
 dinem uideamus.

Primus itaq̄ gradus supbie est curiositas
 Est autē curiositas uehemēs applicatio mē
 tis ad aliqd uane & inutiler inquirendū. Sciē
 duz est autē q̄ curiositas uitiū multiplex ē. Nā
 licet curiositas pprie loquēdo cōsistat circa ap
 petitū cognitionis. tñ extenso noīe curiositas
 est etiā in uerbis & factis sicut patebit. Dicā⁹
 ergo q̄ curiositas q̄dā est circa cognitionē itel
 lectiuam. q̄dam circa cognitionē sensitiuā. q̄
 dam in falleratis sermonib⁹. et q̄dā in ornatis
 opibus. Curiositas autē q̄ est circa cognitō
 nem siue intellectuā siue sensitiuā. non ē di
 recte circa cognitōnē. s; circa appetitū cognitō
 nis acq̄rende. Aliter autē iudicandū est de ipsa
 cognitione ueritatis. aliter de ipso appetitu &
 studio ueritatis cognoscende. Ipa enī cognitō
 ueritatis p se loquēdo bona est. potest autē per
 accidēs esse mala. scz rōne alicui⁹ cōsequētis. ī
 quantū scz aliq̄s de ueritatis cognitione sup
 bit. fm illud. ii. Coz. viii. Scientia inflat. uel ī
 quantū homo utit̄ cognitōne ueritatis ad pec
 candū. Sed ipse appetitus cognoscende uerita
 tis potest habere rectitudinē uel pueritatem
 multis modis. Vno mō qñ suo studio tendit
 aliquis in cognitōnē ueritatis. inquantū ipsi
 cognitioni p accidēs coniūgiē malū. Sicut illi
 qui student ad acquirendā scientiā ueritatis.
 ut inde supbiant. Vu dicit̄ aug⁹. ī libro de mo
 ribus ecclesie. Sunt qui desertis uirtutibus &
 nescientes qd sit deus & quid sit maiestas se
 per eodē mō manētis nature magnū aliquid
 se agere putant. si uniuersā istā. cozpoz molez
 quā mundū nuncupam⁹ curiosissime intētis
 timeqz pquirāt. Vñ etiā tanta supbia gignit̄.

ut in ipso celo de quo sepe disputant sibi metip-
sis habitare uideant. Similiter illi qui student
aliquid addiscere ad peccandum uiciosum studi-
um habent. sicut illud. **Iere. ix.** Docuerunt lin-
guam suam loqui mendacium. ut iniqui agerent la-
borauerunt. **Alio modo** potest esse uicium ex ipsa in-
ordinatione appetitus & studii ueritatis cog-
noscende. & hoc quadrupliciter. **Vno modo** in quan-
tum per studium minus utile retrahunt a studio
quod eis ex necessitate incumbit. **Vnde Iero.** Sacer-
dotes inquit dimissis euangelis & prophetis. uide-
mus comedias legere. amatoria bucolicozum
uersuum cantare uerba. **Alio modo** quando uult aliquis
addiscere ab eo a quo non licet. **Sicut patet** de
his qui aliqua futura uel occulta uel incerta in-
quirunt a demonibus quod est superstitiosa curio-
sitas. **Vnde aug.** in li. de uera religione. **Nescio**
qua dementia impediunt aliquos a fide uicio curi-
ositate in perueniendis demonibus. **Tertio** quando
appetit cognoscere ueritatem circa creaturas non
referendo ad debitum finem scilicet ad cognitiones
dei. **Vnde dicit aug.** in li. de uera religione. quod in
consideratione creaturarum non est uana et peri-
tiosa curiositas exercenda. sed gradus ad immor-
talia & semper manentia faciendus. **Quarto**
modo quando studet aliquis ad cognoscendum ueritates
per propriam ingenii facultatem. quod per hoc homo de facili
labitur in errores. **Vnde dicit.** **Ecci. iiii.** **Altio-**
ra te ne quesieris. & fortiora te ne scrutatus fue-
ris. **Sed** que precepit deus cogita illa semper. et
in pluribus eius operibus ne fueris curiosus. **Se-**
quitur. **In superuacuis rebus noli scrutari multi-**
pliciter & in pluribus eius operibus ne fueris cu-
riosus. multos enim supplantauit suspicio eorum
& in uanitate detinuit sensus eorum. **Nota** quod sa-
piens in uerbo. proposito multiplex curiositatis
uicium comprehendit. **Aliqua enim** transcendunt
humani intellectus capacitatem propter sui sublimi-
tatem. **Alia propter sui profunditatem** siue difficulta-
tem. **In aliis non est occupandus propter sui in-**
utilitatem. **In aliis propter sui nocuitatem.** hec
omnia notantur hic per ordinem. **Primo contra uicium**
eorum quod sublimia appetunt scire quod intellectus eo-
rum capacitatem transcendunt. dicit altiora te ne que-
sieris. **Mulci dum** uires intellectus sui metiri
nesciunt incomprehensibilia comprehendere. & si-
bi non intelligibilia intelligere se presumunt.
Contra tales. i. cor. xii. **Non plus** scire quod oportet
scire. sed scire ad sobrietatem. **Et quod tales** facili-
ter incidunt in errores. ideo. ps. xxvii. **Per** scrutator
maiestatis opprimeat a gloria. **Gre. xx. li. mo-**
c. vii. **Gloria** inuisibilis est conditio quod mode-
rate inquisita nos erigit. ultra uires perscrutata
sumit. **Itaque de sublimi intelligentia** quanto plius
repleri ambiunt. tanto amplius manescunt.
Vnde de eis dicit. **Egestate & fame** steriles. **In**
moderatis namque ausibus superne cognitionis sci-
entiam quo plus ambiunt. plus amittunt. **Nar-**
ratur de quodam magistro presumptuoso quod dum quod-
dam sibi incomprehensibilia comprehendere posse
consideret. & de eternitate dei. immensitate &
simplicitate profunde & anxie cogitaret. illi sta-

ti iuxta mare apparens iuuenis aquam de mari
hauriens cum puulo cocleari. & portans ad quon-
dam puam foueam ibi iuxta. inquirenti magistro
quid faceret. respondit. **Volo** totum mare exhaurire
cum isto cocleari. & in istam foueam totum effu-
dere. **Cui cum magister diceret.** stulto labore consu-
meris. quod nec uita tua sufficeret. nec tam mo-
dicum instrumentum. nec tam parua fouea. posset to-
tum mare cape. respondit iuuenis. immo tu stulta
meditatione torqueris. quod longe minus potest
intellectus tuus secreta dei misteria comprehen-
dere. quod huiusmodi coclear totum mare exhaurire
uel huius fouea parua recipe. **Quo audito magister** in-
sipientiam suam cognouit. & ex tunc ab omni curio-
sa meditatione uel inquisitione quieuit. **Item**
aliqua excedunt intelligentiam alicuius propter ma-
terie difficultatem. sicut in libris philosophicis sunt mul-
te questiones ualde difficiles. quas aliqui non fa-
cile. nec sine multo studio & dolore penetrare
possunt. nec ad huiusmodi habent aptitudinem propter sui
hebetudinem intellectus. **Ideo dicit sapiens.** for-
tiora te ne scrutatus fueris. **In quo bene** reprimi-
tur curiositas aliquorum. quibus scripture sacre
uerba desipiunt. sententiae & expositiones docto-
rum fastidiunt. & grecas glossas optimas arbitra-
tes. pluris estimant unum uerbum philosophi proferre. quod
multa salutaria documenta pauli uel christi. **Et ip-**
si miseri decipiunt semetipsos. quod semper discentes
numquam ad cognitionem ueritatis perueniunt. semper
uacui. semper inscii. semper tamen inflati euanescent
in cogitationibus suis. **Dicentes enim** se esse sa-
pientes stulti facti sunt. omnia disputantes de
omnibus uolunt reddere rationes. quam si forte
ueram uel apparentem inuenire nescierint. re-
putant se confusos. **Vnde de homero legitur.** quod
transiens iuxta quendam fluuium ibique pastores
se expediculantes inueniens. interrogauit eos
quid ibi agerent. **Quibus respondentibus.** nos
quos capimus dimittimus. & quos non capi-
mus portamus nobiscum. ille putans quod piscaretur
& de piscibus loqueretur diu querens sententiam
huius uerbi. et per se non inueniens sentiens se con-
fusum a talibus. & confusione suam non ferens
in flumine se submersit. **In eisdem chronicis dicitur.**
quod scribitur in libris grecorum quod aristoteles iuxta
fluuium queundam incedens. & aque reuolutionem
inspiciens. uoluit scire causam eius. sed cum eam
inuenire non posset. aquam intrans uoluit sen-
sibiliter experiri. cum autem hinc inde curiose con-
spiceret. repente raptus a fluctibus est submer-
sus. sed alii ipsum aliter mortuum esse dicunt. **Sequi-**
tur. **Et in pluribus eius operibus ne fueris curiosus.**
Multa namque sunt opera dei quorum non potest
homo reddere rationes. **Sic.** quare de duobus
unum elegit. alium reprobat. quare hunc in innocetia
custodit. illum peccare permittit. quare hunc iustifi-
cat. illum indurat. hunc paupertate & continuis
passionibus affligit. illum corporis sanitate & re-
rum prosperitate mulcendo nutrit. & sic de aliis.
Si quis in hominis operibus dei iusto quidem sed occulto
iudicio factis rationem quereret. inuacuum la-
boraret. **Sequitur.** **In superuacuis rebus noli**

seruari multipliciter. In hoc reprimat sapiens
curiositatem multorum qui pretermittis utilibus
immo necessariis totum tempus suum amittunt in
studendo. legendo. recitando fabulas poetarum
ut dictum est. Alii in logicis sophismatibus. Alii
in musicis uel mathematicis. uel ceteris phisicis
disciplinis dies suos expendunt. Contra quos
ait Iero. Nonne uidet uobis in uanitate sensus
& obscuritate mentis ingredi quod diebus & no-
ctibus in dialctica arte torquetur. que phisicus per-
seruator oculos trans celum leuat. Intelligendum
est tamen quod studium phisicorum se licitum est et laudabi-
le propter ueritatem quam phisici preceperunt deo eis
reuelante. Sicut dicitur. Ro. iii. & in quantum
uiam prebent ad ueram & summam sapientiam.
Sicut ostendit augustinus in li. de doctrina christi. quod si aliqua ue-
ra dixerit phisicus ab eis sunt tanquam ab iniustis pos-
sessoribus in usum nostrum uendicanda. Item Iero.
sup. dan. Qui de mensa regis noluerunt come-
dere ne polluerentur. si scientiam atque doctrinam
babyloniorum scirent esse peccatum nunquam acq̄scent
discere quod non liceret. Sed quidam nimis affe-
cti huiusmodi phisicis et nimis inueterati abutuntur
eis ad impugnandum fidem. Ideo dicit apostolus. Col.
ii. Videte ne quis uos seducat per phisicam & in-
aniam scientiam. Vel saltim non referat in finem
debitum. sed ibi constituit finem suum. uel per hoc in-
pediunt a necessariis ad salutem. Unde seneca
epistola. i. ad lucillum dicit. quod cum tempus uite nostre
sit breuissimum. preciosissimum. irreuocabile & ir-
recupabile. & incertum. Si inquit multum super-
esset etatis. parce dispensandum erat ut suffice-
ret necessariis. nunc autem quod dementia est superua-
cia discere in tanta temporis breuitate. In tantum
autem afficiunt aliqui in talibus quod eis uerba pro-
phetarum immo etiam apostolorum & christi uidentur insipi-
da & insulsa. Unde narrat Iero. de seipso. quod
cum scripture sacre uerba quasi simplicia fasti-
diret. legeretque in libris cyeronis raptus in spi-
ritu & iudici presentatus. interrogatus cuius
conditionis esset. respondit christianus sum. cui
dictum est. tu mentiris. immo cyeronianus es.
iussusque est durissime flagellari. Patet ergo quan-
tum curiositas in talibus uiciofa. Sed longe de-
terior est curiositas quorundam quod artes illicitas
& nepharias addiscunt et student. puta alchy-
miam arte notoriam. necromantiam. aliasque ne-
pharias in quibus non solum tempus suum perdunt
sed & animas damnant. act. xix. Cum quidam
exoriste coniuressent demonem in quodam homine
existente per ipsum quem paulus predicabat. demon
in eos insiluit & durissime flagellauit. & factus
est timor magnus super omnes qui erant ephesi.
ideo multi qui fuerant curiosa sectati contule-
runt libros suos. & combusserunt. **S**ecundo quodam
est curiositas circa cognitionem sensitiuam. Scie-
ndum autem quod cognitio sensitiuam ordinat ad duo.
Vno modo ordinat ad sustentationem & conser-
uationem corporis tam in hominibus quam in brutis. in qua
tamen homines quam brutia per huiusmodi cognitionem
uitant nocua. & ea que sibi necessaria sunt ad
sustentationem uite concurrunt. Alio modo cognitio

sensitiua in hominibus ordinat ad cognitiones
intellectiuam. speculatiuam uel practicam. Ponere
ergo studium circa cognitionem sensitiuam potest
esse dupliciter uiciofum. Vno modo in quantum
cognitio sensitiuam non ordinat ad aliquid uti-
le. sed potius auertit ab aliqua utili consideratione
hominem. Unde dicit augustinus. x. confessorum. Canem curre-
tem post leporem iam non specto. at uero in agro
si casu transeat auertit me ab aliqua magna co-
gitatione. atque ad se conuertit illa uenatio. & iam
nisi cito sensum amoueam. uanus heresco. studio
sa ergo inspectio ludorum in theatris. chorearum
in plateis. uenationis in campis. uel aucupii in
aere est curiositas uiciofa. Alio modo cognitio se-
sitiua ordinat ad aliquid noxiu. Sicut inspectio
mulieris ad concupiscendum. & diligens inquisitio
eorum que fiunt ab aliis ad irridendum uel detra-
hendum. Unde dicit augustinus. li. de uera religione. quod con-
cupiscencia oculorum reddit homines curiosos. Beda
uero dicit. quod concupiscencia oculorum non solum
est in discendis magnis artibus. sed etiam in contem-
plandis spectaculis. & in dignoscendis & car-
pendis uitis proximorum. Ex curiositate sensuum
ortu habuisse uidetur prime transgressionis oc-
casio. Gen. iii. Nam mulier curiose serpentem
audiuit. curiose uetitum lignum inspexit. curiose
scientiam concupiu. curiose uoluit expiri uerum
ex tactu ligni uetici serpentis promissio imple-
ta sequeretur. Dina curiose mota fuit ut uideret
mulieres regionis illius. que uisa & oppressa uirgita-
tem amisit. Gen. xxxiiii. Ad reprimendum curio-
sum aspectum precepit dominus moysi quod diceret po-
pulo. Cauete ne ascendatis in montem nec tan-
gatis fines eius. Sequitur. contestare populum ne for-
te transcendere uelint terminos ad uidentum do-
minum. & pereat ex eis plurima multitudo. Ex
odi. xix. Item numeri. iiii. Caueant filii israel ne
aliqua curiositate promoti uideant que sunt in san-
ctuario priusquam moueantur. alioquin morientur
Unde behsamite quod curiose uiderunt archam
domini postquam reducta fuerat de terra phylistinorum
mortui sunt. Sicut dicitur. i. Re. vi. Percus-
sit dominus de uiris behsamitibus eo quod uidis-
sent archam domini. & percussit de populo. lxx.
uiros & l. milia plebis. Contra illud preceptum
domini faciunt que irreuerent accedunt prope alta-
re. maxime dum celebrant diuina. curiose ui-
de uolentes que fiunt a sacerdote. quod est eis il-
licitum. Herodes uisu ihesu gauisus est ualde spe-
rans se signum aliquod uidere ab eo fieri. Sed quia
curiositate non pietate uel deuotione moueba-
tur. nullum uidere meruit. & sic illa uisio non
profuit ei sed obfuit. Luc. xxii. Iudei uidentes quoe-
tidie miracula christi contenebant. & signum ali-
quod de celo petebant. Luc. xi. Contra curiosita-
tem illorum qui curiose inquirunt facta seu uitia
proximorum. ut noceant dicitur. ii. Re. xxiii. Curio-
sius agite. & considerate locum ubi sit pes eius.
Nota hystoriam & applica. Dani. vi. Curiosi
us inquirentes inuenerunt danielē orantem &
obsecrantem deum suum. Hac de causa miserunt
eum in lacum leonum. dan. vi. **T**ertia curiositas

est in phaleratis sermonibus. Hec est curiositas predicatoꝝ nostri temporis. qui non edificationem audientium. non salutem animarum querunt. sed ostentationes scientie sue. & gloriam fame sue. Hi predicant semetipsos. hii adulterant uerbum dei in doctis humane sapientie uerbis. et sic euacuant crucem christi. Tales in sacro eloquio prius secreta dei student perscrutari quam sapiunt. nec ea querunt ex quibus semetipsos ad humilitatem erudiant. mores in tranquillitate componant. patientiam seruent. longanimitatem exhibeant. sed ea solummodo que eos doctos aut loquaces demonstrat. illa scire appetunt ex quibus singulariter eruditi uideant. Isti non granum querunt sed paleam. non fructum sed folia. non nucleum sed testam. non oleum sed amurcam. non aurum uel argentum. sed scoziam. In predicando uero querunt aures mulcere. non corda componere. plus clamores fauoris attollere. quam deuotionis lachrymas excitare. Isti signati sunt per figuram illam cui maledixit dominus. quia famescendo domini fructum quem dominus esuziebat non habuit. sed solum foliis abundauit. De beato franco legimus. quod cum coram summo pontifice & cardinalibus predicare deberet & preter morem solitum sermonem artificiose compositum proponeret. in ipsa hora qua iam pulpitu ascendit sic funditus est oblitus omnium que cogitauerat. quod de nullo uerbo recoluit. sicut ipse coram omnibus recognouit. sed oratione facta ad deum cum lachrymis tantam gratiam impetrauit. & cum tanta spiritus efficacia predicauit ut omnibus clare patetceret quod non homo sed deus in homine predicaret. Item uir quidam religiosus de ordine minorum orans uidit in spiritu multitudinem demonum. & principem eorum quasi sedentem in throno. rationem de factis suis a quolibet requirentem. Cumque multa mala que fecerat recitarent nec tantum fecissent secundum principis uoluntatem nec de recitatis malis contentus esset. ac propter hoc eos flagellari fecisset. surgens unus in medium dixit. Domine non miremini si parum proficimus quia maledictus ille franciscus cum misera gente sua nobis inferret multa damna. nam ipsos mundum fugientes mundus sequitur. & ex sua uilitate deiectione morumque simplicitate populum ad se trahunt & plus exemplis quam uerbis predicantes ipsum alliciunt. & quequid multo tempore acquisisse gaudebamus tam secretis eorum colloquiis quam publicis predicationibus predicamus omni die. Quod dictum testificati sunt omnes de beato franco & fratribus suis grauissime conuenerunt. Princeps autem furore succensus. tale remedium aduenit. auferam ab eis istam quam habent in moribus honestatem austeritatem in uictu. & humilitatem in habitu. daboque curiositatem uerborum. & sic euacuabo fructum predicationis eorum. Item refert Beda de gestis anglorum. lib. iii. c. ii. & iii. Quod cum rex quidam edoardus nomine. qui regnabat in quadam parte anglie conuersus & baptizatus esset populo adhuc gentili & ydolatra existente. rogauit episcopos scotie quod mitterent ei unum episcopum qui fidem christi populo predicaret. Missus autem unus quem per ceteros subtile & laticum

elegerat predicauit eis alta & subtilia & austera scotica lingua loquens. rex uero interpretabatur populo lingua anglicana. Sed populus subtilia non intelligens non est conuersus ad fidem. nec motus in aliquo. & sic iste rediit sine fructu. Cum autem episcopi scotie concilium celebrantes causam huius inquirerent. respondit se gentem indomabilem dure mentis & barbaram reperisse. Surgens autem unus. ad amorem uir uetusque discretus & maturus moribus dixit. quod si non erat ratio. sed quia nimis austera & subtilia predicauerat. & quilibet lacte opus erat non solido cibo. nimis gradia ministrauerat. Missus ergo iste ex communi episcoporum consensu tam sancte conuersationis humilitatis & benignitatis exemplo quam simplicis & facilis predicationis eloquio totam terram ad fidem christi conuertit per uerba grossa. parabolas & exempla. Sicque totam terram britannie que in quatuor linguis diuiditur scilicet britonum. pictorum. scotorum. & anglorum. christo & regi edoardo subiecit. Quarta curiositas est in opibus & ornatus. Sunt enim aliqui qui omnibus suis opibus plus exteriorum apparentiarum & decorum requirunt quam existentiam realem. puta in domibus uolunt habere curiositatem in celaturis. picturis. fenestris artificiose compositis. in lecternis. cooptoriis & aliis huiusmodi. In libris plures desiderant pulchritudinem quam bonitatem. plus uolentes habere libros pulchros & curiose illustratos. quam ueraces & bene correctos. In habitu similiter curiositatem suam ostendunt in quatuor. In genere. qualitate. colore. & coaptatione. In genere. uolentes habere uestimenta preciosa. In qualitate. subtilia & mollia. In colore. quod sint nitida et uariata. picturata. colorum uarietate distincta. nouo & insolito modo facta. In formatione autem nimis magna & dependentia. aut nimis ampla. aut nimis stricta. siue quolibet alio modo secundum seculi uanitatem. Coaptatio ad modum portandi pertinet. & sunt modi uarii secundum quod homines uanissimi de se speculorum inuentibus modis faciunt infinitis. De talibus. i. Thest. iii. Audiuimus inter uos quosdam ambulare in quiete nihil operantes. sed curiose agentes. De hoc specialiter reprehendit beatus Bern. clericos ita dicentes. Honorati mcedunt de bonis domini. cui honorum non deferunt. Inde est aurum in sellis & faleris. Inde est meretricius nitorem. hystrionum habitus. regius apparatus. plus fulgent calcaria quam altaria. Est ergo curiositas in speciositate. preciositate. diuersitate. nouitate. & singularitate uestimentoꝝ. ornamentoꝝ capitis uel corporis. aut equorum. domorum. lectorum. librorum. uasorum iocalium & utensilium aliorum. In mulieribus autem precipue quanta sit curiositas immo quantum curiositatis excessus. quis enarrare sufficit. quanta sit uestium preciositas. colorum uarietas. mutatioꝝ numerositas. caudarum defluentium longitudo. latitudinis amplitudo. quanta uarietas in localibus. in sericis & corionis ex auro & argento & lapidibus preciosis. in pepulis croceatis. crispatis. in aurifrigiis et palliis et aliis

huiusmodi mira curiositate uarietate subtilitate contextis. De uidiuis loquens ap[osto]lus. i. Thy v. dicit. Ociose discunt circuire domos &c. nō solū autē ociose. nihil meritoziū opantes s; & uerbose. non solū uerbis ociofis s; & p[er]iciofis deera ctoziis. cōuiciatoziis. cōtumeliis. mendacis & p[er]iuris & hmōi effluentes. Et curiose. mniis curiositatibus uanitatē suā in excusabilem ostendentes. Cum sit ergo in rebus extrinsecis tam uana curiositas uel uanitas curiosa. non est dubiū q[ui]d ex corde p[ro]cedit ista iniquitas. Bern. de duodeci gradibus hūilitatis. Ex motibus exterioris hoīs interiorē agnoscas. Curiosus autē ubiq[ue] stat. ambulat sedet. oculis uagatur. caput erectū. aures portat suspensas. uir quoq[ue] puerus annuit oculo. terit pede. digito loquitur. & ex insolenti corporis motu moribus anime deprehendit. Quādiū enī a sui circūsp[er]tione torpescit. in curia sui curiosam in aliis facit.

DE LEUITATE MENTIS. DISTINCTIO. III.

Secundus gradus sup[er]bie est leuitas mentis. De hac Bernard[us] ubi sup[er] loquit[ur] sic. Qui sui negligens ē alios circūsp[er]t. dū quosdam suspicit sup[er]iores quosdam despicit inferiores. In aliis quidem uidet quod inuidet. in aliis quod irridet. Inde fit ut mobilitate oculoꝝ leuigat[ur] animus. nulla utiq[ue] sui cura aggrauatus. modo per superbiā ad alta se erigit. modo per inuidiam in ima demergit. nunc per inuidiam nequiter tabescit. nunc per extollentiā pueriliter hylarescit. In altero nequam. in altero uanus. in utroq[ue] superbus existit. q[ui] & q[ui] superari se dolet & q[ui] sup[er]are se gaudet. amoz p[ro]p[ri]e excellētie facit. Has autē uicissitudines nūc pauca & mox data. nūc multa & imania. nūc risu. nūc planctu plena. semp[er] uero irrationabilia iudicant uerba. Est ergo leuitas mentis p[er] quā aliquis leuiter & superbe se habet i uerbo. Sciendū ē autē q[ui]d leuitas duplex inuenit[ur] in scriptura sacra. Est enim leuitas quedā laudabilis. & quedā uitupabilis. Laudabilis quidem leuitas est qua dicit[ur] homo leuis sc; agilis ad ambulandū. ignis leuis ad ascendendū. u[el] auis ad uolandū. penna uel pluma leuis ad portandū. pena leuis ad tollerandū. Q[ui] hō in quā sit leuis. i. agilis ad ambulandū sp[irit]uali loquendo. i. non tardus nec piger ad opandū bonū & de bono in melius p[ro]ficiendo currendum. hoc est ualde laudabile. Ideo dicit[ur] Ie. ii. Cursoꝝ leuis explicans uias suas. Scōdo debet esse homo leuis ad ascendendū & uolandū in altū p[er] contēplationē & desideriu[m] eternoꝝ. Nota q[ui]d ignis naturalit[er] ascendit fursū rōne leuitatis sue naturalis. Auis uolat fursum uirtute pennaz. Nubes ascendit fursū uirtute solis i[n]terius attrahentis. sic homo ex desiderio naturali et adiutorio pennaz uirtutū & uirtute solis iusticie atrahentis allicientis & interi[us] inspirantis. debet ad summa uolare. non i[n] inferis latere. Ideo dicit[ur] ysa. xix. Ascendet domi

nus sup[er] nubem leuē. & in ascensione sua dicitur ascendisse in nube. Tertio q[ui]d leue est facile potest portari. sicut pluma. Isto mō mandata diuina dicunt[ur] leuia. i. Iob. v. Mandata dei graua non sunt. Et Mat[th]. xi. dicit saluator. Tollite iugum meū super uos. Sequit[ur]. Iugum enī meū suaue est. & onus meū leue. Quarto aliquid dicit[ur] leue q[ui] potest faciliter tollerari. Isto mō tribulationes. infirmitates & alię ad uersitates mūdi dicunt[ur] leues. Vñ. ii. Coz. iiii. Cū premisset ap[osto]lus. In omibus tribulationē patimur. s; nō angustiamur. apodiamur. s; nō destituimur. &c. subiūgit. Id enī q[ui]d in presenti est momentaneū & leue. tribulationis n[ost]re sup[er] modū in sublimitatē eternum glorie pondus opatur in nobis. Est etiā leuitas uitupabilis. de qua principaliter est hic intentio n[ost]ra principalis ad presens de gradibus sup[er]bie p[er]sequendo. Notandū ergo q[ui]d leuis cito credit. cito cedit. cito resilit. cito exilit. Cito in quā credit cūctis sermonibus. Cito cedit uentis p[er]flantibus. Cito resilit ab incepto. Et cito exilit furore concepto. Primo igitur leuis corde cito credit cūctis sermonibus. Sic dicit[ur]. Eccl[esi]. xix. Qui cito credit leuis est corde. Hoc autē ē ualde periculosū sicut docet experientia. maxie i principibus & prelatis. & quāto quis dignitate celsior. tanto facilitas credulitatis periculosior. Bern. in fine scōi li. ad euge. dicit. Est uitiū cuius si te imūne sentis inter omes quos noui ex hiis qui cathedras ascenderūt sedebis me iudice solitarius. q[ui] ueraciter singularit[er] leuasti te supra te. Facilitas credulitatis h[ab]et cuius callidissime uulpecule magnoz neminem cōperi satis cauisse uersutias. Inde eis p[ro]nihilō ire multe inde innocentiū frequens adiectio inde preiudicia in absentes. Secūdo leuis corde cito cedit uentis p[er]flantibus. omni uento temptacionis rapit[ur]. Talē cordis leuitatem negabat se habere Sara. tho. iii. Nunq[ui]d cū hiis qui in leuitate ambulant precipē me p[ro]buī De tali leuitate dicit[ur]. Iob. xxiiii. Leuis est sup[er] faciem aque. Gre. xvi. li. mox. c. xxiiii. Super faciem aque huc illucq[ue] aura impellit. & nulla stabilitate solidata mouet. Iniqui ergo mens plusq[ue] aque sup[er]facies leuis est. q[ui] q[ui]libet hanc aura temptacionis attingit sine tarditate aliq[ui] retractacionis trahit. Si enī coz fluxū pueri cuiusq[ue] cogitamus. quid aliud q[ui] sup[er]facies aq[ue] uento expositam cernimus. Illum nunc aura ire impellit. nunc aura luxurie. nunc inuidie. nunc fallacie p[ro]trahit. Est ergo coz talis hominis quasi lanugo q[ui] a uento tollit[ur]. & sicut spuma gracilis que a p[ro]cella dispergit[ur] & tanq[ui]d fum[us] qui a uento effusus est. Sap. ii. Tertio leuis corde cito resilit ab incepto. q[ui] cito mutat uoluntas eius. et cito mutat p[ro]positū. Hanc leuitatē cordis se negat habere paulus. ii. Coz. i. Nūquid leuitate usus sum. aut q[ui] cogito secūdum carnē cogito. ut sit apud me est. & non. q[ui]d. non est ita. Potest autē q[ui]q[ue] contingere. q[ui] p[er] necessitate euidēti uel causa rōnabili uir

iustus & stabilis mutat sententias suā. Sicut dicit ille rex assuerus. Hester. xv. Ne putare debetis si diuersa iubeamus ex animi nri ueire leuitate. s; p qualitate & necessitate tēproū put reipublice poscit utilitas sententiaz ferre.

Quarto leuis corde cito exilit furore conzepto. Cito enī mouet ad iram. & cito motus cito prumpit ad cōtumelias & obprobria. uel etiā ad nocendū. hic est gladius ioab quo occisus est amasa. ii. Re. xx. Qui fabrefactus leui motu egredi poterat & pcutere. Nam leui occasione mouet. & leui motu turbatur. & turbatus foras erumpit. & erumpens percutit lingua uel gladio.

DE INEPTA LETITIA. DISTINCTIO. III.

Erius gradus supbie est inepta letitia. ait enī Bern. li. de duodecim gradibus hūilitatis. Primum est supboze leta semp appetere. tristitia deuotare. Dum enī supb⁹ p curiositate ad animi leuitate deuenit. cū gaudiū qd semp appetit frequenti uidet interpolari tristitia quā de bonis alterius cōtrahit. impatiens sue hūilitationis fugit ad consiliū false cōsolationis. Et ista bene dicitur inepta letitia. conditiones qtuor habens ppter quas nominatur inepta. Hec enī letitia annexā habet fatuitatē. sociam impuritatē. admixtā anxietatē. et adiunctā perusitatē. Obscurat fatuitas. deturpat impuritas. perturbat anxietas. fermentat impietas. **A**paret aut fatuitas huius inepte letitie. eam ratione loci qz rōne tēp in quo sumus. qz non est locus letantiū. s; flentiū. Iud. ii. Et uallis la chrymaruz. in ps. Vñ puer cū nascit mundus istū ingrediens incipit a ploratu ppheta calāritatis sue nundū loquit. et iam pphetat. Item dormiendo ridet qui qz cito excitat plorat. qz mors q p somnum designatur esset ei risus et gaudiū. s; uita p̄sens uertit ei in luctu. Vel p hoc designat q qui clausos habent oculos & non uident. miserā suam ridet. Sed excitas & apertos habentes oculos uident se non ridendi. s; flendi rationē habere. Si respiciat homo & cōsideret diligenter. uidebit undiqz materiā luctus non gaudiū uel leticie. uidelicet interius & exterius. inferius & supius. Interius qz p̄tā nra preterita non mouent nos ad letitiā. s; ad fletū. Item infirmitas nra q nobis ē occasio & materia & sentina omniū p̄tōz. Ro. vii. Video aliam legem in mēbris meis repugnantē legi mentis mee. & captiuantes me in lege p̄ti & mortis. Exterius uero nos urgeat ad luctū innuabiles miserie tam nre qz pximoz. undiqz nos impugnātes & pūgentes & pericula m̄finita tam animarū qz corporum. qz tēpus nos rapit incessantē ad mortem & p̄tōzes ad mortē tēpalem p̄ter & eternam. Causam ridendi uel letandi nō habet ille quē equus uelocissimus cū fune ligatū in collo p̄cipitanter & incessanter & uelocissime trahit ad patibulū p spinas & tribulos. Mirū est ergo quō ridere possunt illi quos tēpus p funem

presentis uite p spinas et tribulos. i. p multas miseras tēpales incessanter & uelocissime trahit ad patibulū mortis tēpales & eterne. Aug⁹ Nihil aliud est tēpus uite p̄sentis qz cursus ad mortē in quo paululū stare uel tardius ire permittit nemo. s; omēs pari motu urgemur. Fatuus est qui ridet & uidet se & socios suos in fluuiū rapidissimū cecidisse qui eos omēs ioculenter & cursu rapidissimo trahit i mare. Fluuius iste in quē cecidimus omēs est fluxus tēporis uite p̄sentis. q nos omēs p̄trahit ad amaritudinē mortis tēpales. s; p̄tōzes ad amaritudinē mortis eterne. Superius aut est cōsideratō rōnis reddende corā summo iudice de omnibus opibus cogitationibus & uerbis nostris. de omnibus beneficiis dei nobis impensis. de quolibet momēto tēp nobis concessi. De hoc. Reque sup de iudicio. Inferius aut mouet nos cōsideratio purgatoz. uel inferni. p̄. xiiii. Extrema gaudiū luct⁹ occupat. Luc. vi. Ue uobis qui nunc ridetis qz lugebitis. Nota exemplū de hoie fugiente uniconē. Itē refert q describit purgatozū sancti patricii q in monasterio in quo ipse abbas p̄fuit. fuit quidā monachus cuius sanctitati demones inuidentes dormientē a dormitorio detulerūt. ipm qz per tridū detinentes ad lectū suū grauissime flagellatū & uulneratū retulerūt. qui cōfessus ē ei qui loquit se stupenda & horrenda uidisse tormentā. supiuens aut annis. xv. nullo medicamine curari potuit a uulneribus suis. sed semp recentia et aperta manebant. quoz que dam p̄funda erant ad mensurā unius digiti. asserit aut qui loquit se illa uulnera sepius atrectasse & illū mortuū suis manibus sepelisse. dictus aut monachus q h uiderat qndo uidebat aliquē ridentē leuē uel iocantē. uel incōposite se habentē. dicebat. O si scires quā huic dissolutioni debeat pena. dissolutiones tuas et mores incōpositos forsitan emendares. Item in anglia uir quidā religiosus qui faciem habebat uelut emortuā. dicebat i illo purgatozū fuisse q in nullo qd uideret in hoc mūdo letari poterat. nec ad risum uel saltē ad hylaritatē speciem puocari. Propt̄ h omnia xp̄us & alii sancti q fleuisse & non risisse legunt. suo nobis ostenderūt exemplo q ineptam letitiā cauere debemus. Bene ergo dictū est. Cor stultoz ubi letitia. Vñ Bern. Mūdus est ubi malicie plurimū. sapientie modicū. ubi sunt omnia viscosa. omnia lubrica. omnia opta tenebris. obfessa laqueis. ubi piclitanē anime. affliguntur corpora. & ubi est uanitas & afflictio spirit⁹. **S**cdo inepta letitia habet sociam impuritatē. Sicut i libro sapientie dicit. in p̄sona impioz. uenite & fruamur bonis q sunt. & ueremur creatura tanqz i iuuetute celeriter. uino precioso & uinguētis nos impleamus. & non pretereat nos flos tēp. coronemus nos rosis anteqz marcescant. nullum pratū sit quo non pretereat luxuria nostra. ubiqz relinquamus signa leticie. Aduerte quō se mutuo cohōrēt

Primo ad uoluptates. Secundo ad vanitatem. Tertio ad fedicitatem. vnu enim consequitur ad alium. & vnu est causa alterius. Sed in hiis omnibus est breuitas durationis sicut ipsi met confitentur in verbis premissis. Et hoc bene figuratum est. Ione. iiii. Preparauit dominus edera ut esset vmbra super caput Ione. & pregeret eum. laborauerat enim. & letatus est ionas super edera leticia magna. Sed ista leticia paru durauit. quia statim sequitur. Preparauit dominus vermem in ascensu diluculi in crastinum quod percussit ederam & aruit. Exemplum etiam habemus. Dani. v. de balthasar quod crapulabat in conuiuio. & cum esset in leticia magna precepit sibi afferri vasa domini & bibit in eis ipse & concubine eius. & uisa est manus quasi hominis scribentis in pariete. mane. thechel. phares. inuatum est regnum tuum. appensum est in state ra. & inuentus es minus habens. diuisum est regnum. & datum est medicis & persis. eadem nocte interfectus est & perdidit animam & vitam. Tertio inepta leticia habet admixtam anxietatem. In omni mundano gaudio plus est de tristabili. quod de delectabili. plus de sollicitudine & labore quod de consolatione & pace. quia risus dolore miscetur & extrema gaudii luctus occupat. puer. xiiii. Vnu quod beatus iob sciebat in diuitiis huius mundi non esse ueram leticiam sine anxietate. sollicitudine & labore & timore. ideo dicebat. Si letatus sum in diuitiis meis multis. quod non. Iob. xxxi. Reprehendit etiam talem leticiam & ostendit insaniam plenam squalentem egestate & miseria. et mandebant herbas et arborum cortices & radix iuniperorum erat cibus eorum. In huiusmodi letabantur. quod dicitur talibus non erat letandum. Et quod plus est esse sub sentibus delicias computabant. Gre. xx. mo. c. xiiii. h. exponens dicit. In huiusmodi letantur. quia attendunt transitoria que percipiunt. & in tueri negligunt permanentia bona que perdunt. cum quod amore temporalium flagrant ueram leticiam nolentes ignorant. quam si studiose cognoscere quererent. quia flenda sunt gaudia que appetunt uiderent. sed uisibilia sequentes cor fugiunt. & tanto exterius gaudet. quanto recordatione sui interiorius non habent. Miscetur tamen eorum gaudiis plerumque tribulationes. & ex rebus ipsis ex quibus supbiunt flagellantur. neque enim sine grauius curarum molestiis possunt temporalia que appetunt uel non habita querere. uel quesita seruare inter equales prestantioris gloriam expetere. a minoribus reuerentiam plus quod oportet exigere minus quod debet eam maioribus exhibere. plerumque potentiam per iniustitiam ostendere. semper praua agere. & tamen ne opinionem prauitatis habeant formidolose custodire. Hec profecto omnia miseros pungunt. sed easdem punitiones ipso re tempore uicti amore non sentiunt. Vnde recte subditur. Et esse sub sentibus delicias computabant. quia peccatorum delectationibus pressi. & affectu uite presentis. quia sint aspera que patiuntur ignorant. letantur itaque. sed sub sentibus. quia rebus quod dem temporalibus gaudent. sed quia dispensare sine tri-

bulatione nequeunt. eadem cura pungunt miseram qua premunt. Manent sub sentibus. & tamen hoc ipsum delicias estimant. quia & diligunt ex presentis uite amore tolerare. & tamen affectu nimie cupiditatis obligati. laborem eiusdem tolerantie uoluptatem putant. Vnde recte. Ieremias totius in se humane conuersationis speciem sumens pro planctum conqueritur. dicens. Inebriaui me absinthio. Ebrui quisque quod pariter nescit. quod absinthio ebruius est amara est quod sumpsit. & tamen non intelligit eadem amaritudinem qua repletur. Quia tamen inepta leticia habet adiunctam puerilitatem. valde namque pueri cordis est letari de malo. quia malum in eo quod malum contristat. non letificat. Peruersi sunt ergo in affectione qui de malo suo. in de peccato gaudent. de quibus dicitur. puer. ii. Letantur cum malefecerint. & exultant in rebus pessimis. Tales sunt similes freneticis qui de uinculis suis gaudent & de insaniam suam rident. Sap. xiiii. Dum letantur insaniant. Item letatur de malo temporalium uel spiritualium proximorum sicut inuidi Contra quos dicitur. puer. xiiii. Qui in ruina letatur alterius. non erit impunitus. Tales sunt similes demonibus qui de malis aliorum rident & casum eorum irrident. & inde derisiones suas faciunt & chachinos. Refert magister iacobus de uiriaco quod cum quidam sanctus uir in claustrum solus post alios remansisset in oratione. uidit magnam multitudinem demonum conuenientem in loco ubi iuuenes monachi consueuerant inter se cachinnare. & uidit illos demones cachinnantes. ridentes & irridentes. dicendo. ha. he. hy. quasi representantes signa monachorum & cachinnos eorum.

DE IACTANTIA. DIST. .V.

Quartus gradus superbie est iactantia. Videtur autem iactantia proprie importare quod homo se uerbis extollat. videmus enim quod homo uolens aliquid longe iactare. eleuat illud in altum. Tunc homo proprie se extollit. quando dicit aliquid super se. Quod contingere potest dupliciter. Vno modo quando loquitur de se non quidem super id quod in se est. sed super illud quod de se homines opinantur. Quod apud refugies dicitur. ii. Cor. xii. Parco autem ne quis me existimet supra id quod uidet in me. aut audit aliquid ex me. Alio modo aliquis se extollit loquens de se super id quod in se est secundum ueritatem. Et quia magis est aliquid iudicandum secundum id quod in se est quod secundum id quod est in opinione aliorum. ideo magis proprie dicitur iactantia quando aliquis effert se super id quod in se est. quia quando effert se super id quod est in opinione aliorum. quous utroque modo iactantia dici potest. Notandum autem quod latius loquendo possumus dicere quod iactat aliquid ex confidentia bonitatis. ex affluentia pietatis. ex uehementia tepestatis. ex redundantia uanitatis. Ex confidentia diuine bonitatis homo quando se totus iactat in deum. & diuine pietati committit. secundum illud. ps. Iacta cogitatum tuum in domino. & ipse te enutriet. Isto modo ueri pauperes qui propter deum omnia contemnunt mundana se totos diuine pietati committunt. Ex affluentia pietatis

diuites huius mundi boua sua iactant i gazophylatiū. i. in thesaurū domi. Nam facultates suas in celestes thesauros manus pauperū deputat. **Mar. xiii.** Aspiciēbat ih̄s quō turba iactaret es i gazophylatiū & multi diuites multa iactabant. Cū autē uidua quedam duo minuta misisset cōuocās discipulos dixit eis. **Amē** dico uobis quā uidua hec plus omnibus misit. & reddit causam huius dicens. Omnes enī ex eo quod abundabat illis miserūt. utinam saltem de supabundantiis suis mitterēt diuites. **Sicut figurate dicit. Act. xxvii.** Satiati cibo alleuiabant nauē sc̄ conscientie iactantes triticum i mare. i. i paupes qui i amaritudine multa uiuunt. **Ex uehementia tēpestatis. i. tribulationis iactant aliqui. sicut discipuli q̄ tota nocte laborabāt in remigando. qz & uentus erat eis cōtrarius. & xp̄us dormiebat. i. qz tribulatio grauis est quāqz & xp̄us quasi dormiens eos reliquisse uidet. s̄ excitatus ih̄s oratione feruēt. impat uentis & mari. & statim fit tranquillitas magna. **Mat. xiiii.** Nauicula in medio maris iactabat fluctibus. Talibus ergo sic iactatis necessaria est paciētia. & orationis instantia. **Ex redundātia uanitatē iactat se superbus. & h̄ est iactantia que dicitur quartus gradus supbie. de qua loq̄mur principaliter quo ad presens. Sciendū autē q̄ ista iactantia fieri potest. uel ostentatione factorū. Sicut dicit. **Hest. i. q̄** assuerus fecit grāde cōuiuū. & ut ostenderet diuitias regni sui. & magnitudinē atqz iactantiā potentie sue. **Uel ostentatione uerborū. Sicut dicit. **Iob. xviii.** Usqz ad quē finē uerba iactabis. Et de hac ait **Bern.** Sicut uelica collecto turgida uento punctoqz p̄forata exiguo si stringit̄ crepitat cum detumescit ac uentus egrediens non passim effusus. s̄ strictim emissus quosdā crebros sonitū reddit. postqz uero uanitas crescere & uelica tumescere cepit. necesse est ut ampliori foramine laxato sinu uentilitas eructet. Alioq̄ uentositate rumpeit. Sic superbus in epta redundante leticia dū risu uel signis eam aperire nō sufficit. in helyu uerba prumpit. En uentus me us quasi mustū absqz respiraculo qd̄ lagunculas nouas dirumpit. aut loquet̄ ergo aut rumpit. plenus est sermonibus & coartat eū spūs ueri sui. esurit & sitit auditozes quibus suas iactitet uanitates. quibus omne qd̄ sentit effundat. quibus qualis & quantus sit innotescat. Inuenta autē occasione loquēdi. si de lris h̄m ozitur uetera p̄ferunt̄ & noua. uolant sententia. uerba resonant ampullosa. p̄uenit interrogantē. nō querētī respōdet. ip̄e querit. ip̄e soluit. & uerba p̄locutozis imp̄fecta p̄scindit. non loquit̄ ut edificet. s̄ ut scientiā suā iactet edificare potest. s̄ edificare non intendit. non curat docere uel a te doceri qd̄ nescit. s̄ ut scire sciat qd̄ scit. Quod si de religioe agit. statim uisiones & somnia p̄ferunt̄. Deinde laudat ieiunia. cōmendat uigilias. sup̄ omnia orationes exaltat. de paciētia aut de humilitate. aut de sin-******

gulis uirtutibus plenissime s̄ uanissime disputat. ut tu dicas sc̄ si audieris. q̄ ex abundātia cordis os loquit̄. & q̄ bonus homo de bono thesauro cordis p̄fert bona. **Notandū autē q̄** qui se iactat. euacuat internaz conscientiam. **Bern.** Lingua in humido posita lata & tenuis optimū instrumentū ad euacuandū cor. **Iactator enī q̄qd̄** habet in corde unde possit habere laudem & excellentiam suaz ostendere. reuelat. & interdū etiā qd̄ non habet. **Uñ actu. xxii.** Vociferantibus iudeis cōtra paulū. & p̄iicientibus uerba sua. & puluere iactantibus in aera. iussit tribunus induci paulū in castra. qz supbi cū clamore & impudentia se iactando uerba uirtutū p̄iciūt. & sic turpiter se denudant. & puluere iactant in aere. quia uerba iactantie quasi puluis in aere qui bus aer obscurat̄. & assistentiū obnubilatur a spectus. **Secūdo** p̄urbat fraternā concordiaz. **p̄. xxviii.** Qui se iactat et dilatat. iurgia concitat. **Et hoc bene signatur est. ii. Mach. x.** Supra modū maledicebant & sermones nephandos iactabant. dicit̄ de thymotheo & suis qui pugnabant contra machabeū. **Tertio** incurrit displicentiā. **Uñ. Iere. xxviii.** Audiuiimus supbiam moab sup̄bia est ualde. sublimitatē eius & supbiam. & altitudinē cordis ei. & iactantiā ego scio dicit dñs. non scientia approbationis s̄ reprobationis & eterne damnationis. **Sicut** patet de lucifero qui iactando dicebat. **In celū conscendā. sup̄ astra celi exaltabo solium meū. similis ero altissimo.** **Statim** respondet. **Vsa. xiiii.** Verunt̄ ad infernū demerges in pfundū lacu. **Quarto** mereit̄ eternaz miseriam. **Sicut** impii cōquerēdo recognoscūt. **Sap. v.** Quid nobis p̄fuit supbia & diuitiarū iactantia quid cōtulit nobis. transierūt omnia uelut umbra. **Bern.** Quid illis p̄fuit supbia. diuitiarū iactantia breuis. leuis leticia. mūdi p̄pa. uana uoluptas. magna familia. post uoluptatem ubi locus ubi risus ubi iactantia ubi arrogancia. **Nota** q̄ diuitiarū iactantia dicitur duplici rōne. qz opulētia dupliciē causat iactantiā sc̄ occasionaliē inquantū aliquis supbie de diuitiis. **Et ideo. p̄. viii.** dicunt̄ opes superbe. **Alio** mō p̄ modū finis. qz sicut dicit̄. **iii.** **Eth.** Aliqui non solū p̄pter gloriā seip̄os iactant. s̄ etiā p̄pter lucrū qui de seip̄is fingūt & dicūt ea de quibus lucrari possunt. puta q̄ sint medici uel sapientes. uel aliquid h̄mōi.

DE SINGULARITATE. DIST. VI.

Quartus gradus supbie est singularitas p̄ quā non sufficit hōi facere. sicut alii faciunt. uel tenere qd̄ iubet cōmunis regula monasterii. s̄ uult iactioz oibus apparere. **De hac ait. Bern.** ubi sup̄. **Turpe** est ei qui se super ceteros iactat si non plus ceteris agat p̄ qd̄ ueltra ceteros appareat. p̄inde non sufficit q̄ cōmunis regula monasterii. uel maiorū cohortant̄ exempla. nō enī melioz esse studet. s̄ uideri melioz uiuere gestit. quatin̄ dicere possit. nō sum sicut ceteri

homines. plus sibi blandiē de vno ieiunio qđ ceteris prādentibus facit. qđ si cū ceteris septē dies ieiunauerit. Melior sibi uideē vna orati. uncula peculiaris. qđ tota psalmodia vni⁹ noctis. ad omnia sua strenuus. ad cōmunia piger. vigilat in lecto. dormit in choro. **C**ūq; aliis psallentibus tota nocte ad vigiliās dormitet. post vigiliās aliis in claustro quiescentibus solus in oratorio remanet. Inter prādentēs crebro solet oculos iactare p̄ mentas. vt si quē minus comedere viderit. victum se doleat. & id ipsum incipiat sibi subtrahere crudeliter. quod necessario victui p̄uideat indulgendum. plus glorie detrimentum qđ famis metuens cruciatū. hic omēs iudicat. hic omnīū facta corrodit. **Vñ. ps.** Singularis ferus depastus ē eam. scz vineam domini.

Sextus gradus superbie est arrogātia. Est aut arrogātia elatio spūs. p̄ quā homo se prefert aliis iudicans se ceteris meliorē. Et opponit sexto gradui hūilitatis p̄ quā homo se credit & p̄nūtiat aliis viliorē. De h̄ ait. Bern. ubi supra. **C**ū ex hiis q̄ singulariter & manie agit apud simplices. opinio eius increuerit qui p̄fecto laudant opa que cernūt. et vñ prodeant non discernūt. dum miserū beatificante in errorem inducunt. Credit qđ audit. laudat qđ agit. et quid intendat non attendit. obliuiscitur intentionē dum amplectit̄ opinionem. de omni alia re plus sibi credit qđ aliis. de solo plus aliis credit qđ sibi. vt iam non verbote minus nec sola operū ostēratione suā p̄ferat religionē. sed intimo cordis affectu credat omnibus santiorē. & qđcqd de se laudandū nouerit. non ignozantie aut beniuolentie laudatois. s; suis meritis arroganter ascribit. Sicut autē dicit. **Gre. xxiii. moꝝ. c. vi.** Quatuor sunt spēs quibus omnis tumor arrogantiū demonstrat. cum bonū aut a seip̄is se habere estimant. aut dum sibi datū desup credūt. p̄ suis meritis h̄ se accepisse putant. aut cū iactāt se habere qđ non habent. aut cū despectis ceteris singulariter uideri appetunt habere qđ non habent. Sed qđ credere vel estimare se bonū aliqđ h̄re non a deo. vel qđ bonū gratie habeat ex p̄priis meritis. ad infidelitates p̄tinere uideē. Ideo nota qđ uera estimatio potest corumpi dupliciter. Vno mō in uniuersali. & sic in hiis q̄ ad fidem p̄tinent corumpit̄ uera estimatio p̄ infidelitatem. Alio mō in aliquo p̄culari eligibili. & h̄ non facit infidelitatem. Sicut ille qui fornicatē estimat p̄ tpe illo sibi bonū fornicari. nec tñ est infidelis. sicut si in uniuersali diceret fornicationē esse bonā. sic etiā est in p̄posito. Nā dicere in uniuersali aliqđ bonū esse qđ habet hō non a deo. vel gratiā hoibus dari p̄ meritis p̄tinet ad infidelitatem. Sed qđ aliquis ex inordinato appetitu p̄prie excellentie ita de bonis suis gloriatur ac si ea a se haberet vel ex meritis p̄p̄riis. ad sup̄biam p̄tinet. & nō ad infidelitates p̄prie loquendo. Est autē arrogantie uitium multis rōnibus detestandū. **P**rimo qđ per

insipientiā excecatur. p̄. **xxi. Supb⁹** & arrogans vocat̄ indoctus. Nec mirū. qđ sicut ait. **Gre. xxiii. moꝝ. c. viii.** Arrogans uerba multiplicat & suā sapientiā ostentare festinat. hanc enī p̄tem suam omnis arrogans estimat. si scientiam non tā habeat quā ostendat. qđ nimirū omēs elati scientiā non habere appetunt. sed ostendere. Et infra. **c. x.** Sicut grauis labor iustoz ē mala irridere nec corrigere. ita grauis ē labor arrogantiū si qđ sapiūt non ostendunt. **S**cđo qđ p̄ impaciētiā turbat̄ & rumpit̄. sicut uestica collecto turgida uento qñ ul' modicū pungit̄ crepitat & rumpit̄. sic arrogātes cum aliquantulū p̄ correctionē tangunt̄ vel aliquid cōtra uoluntatē eoz dicit̄. statim uestice moze uoces murmuratōnis emittunt. & ex impaciētia in eoz uisceribus dirumpuntur. Ideo dicit̄. **eccl̄. vii.** Melior est patiens arrogāte. arrogantes enī uolūt arguere. s; argui nolunt. **Gre. xx. moꝝ. ii.** Arrogātes argui despicunt etiā cū se ueraciter errasse cognoscunt. s; asperitas sup̄boꝝ usq; ad duritiā maledictōis extendit̄. Et infra. **iii.** Arrogantes quia caritatis uiscera non habent. non solū se non argui patiunt̄. s; nec cōpatiunt̄ etiā iustis dolētib; s; eos insup sub specie iuste increpationis affligunt. & si in illis aliqua parua mala uidēt exaggerant. uel ea que uere bona sūt male apud se interpretando cōmittant. **T**ertio qđ deus illud abhomiāt. p̄. **xvi.** Abhomiabilis est dño omnis arrogans. qđcqd aut deus abhomiatur. & nos abhomiari debemus. In signū autē qđ deus abhomiāt arrogantes. helyu reprehēdit̄. nec tñ p̄ eo sacrificium offerē. sicut p̄ ceteris amicis iob. Sic ait. **Gre. i. moꝝ. xii.** p̄ helyu qui rectis quidē sensib; loquit̄. s; ad stulta elationis uerba deriuat̄. p̄sona uniuersūsq; arrogantis exprimit̄. qui reprehensione diuine increpationis arguit̄. nec tñ p̄ illo sacrificiū offerē. qđ fidelis quidē s; tñ arrogans p̄ ueritatem credulitatis iustus est. et tñ p̄ tumorē elatōnis acceptabilis non est. hūc ergo increpatione diuina redarguit̄. s; sacrificium non reducit̄. **Q**uarto qđ deus eū p̄sequit̄. hūiliando plerunq; t̄paliter. Sicut dicit̄. **Ysa. xiii.** uisitabo sup orbis mala & cōtra impios iniquitates eoz. Sequit̄. arrogantiā fortius humiliabo. Et **Iob. xl.** Omnē arrogāte humiliā. & indubitatē damnabo eternaliē. **Ysa. ii.** Dies dñi exercitū super omnem sup̄bū & exelsū. & sup omnē arrogāte. & hūiliabitur. i. deiciet̄ et cōfundetur.

Primus gradus sup̄bie est presumptio. Sed de hac dicit̄ infra. inter filias inanis glorie.

Secundus gradus sup̄bie est defensio p̄tōrū. Notandū autē qđ est quedā defensio licita. quedā illicita. Defensio licita multiplex ē. Quedā quā cōscientia contestat̄. Sicut qñ loquuntur hoies suspitiose. uel falso imponentes ei aliquid qđ nō fecit. & cuius nō est cōsciū. cōscientia sua defendit euz apud deū. Sicut

dicat apostolus. **Ro. ii.** Testimonium reddere illis conscientia ipsorum & cogitationum inter se in uicem accusantium aut etiam defendentium. et hoc est magnum solacium iustis hominibus qui mendaciter diffamant. Nam gloria nostra hec est. testimonium conscientie nostre. **ii. Coz. i.** Apud homines etiam se defendit per se rationem reddendo. & ueritatem rationabiliter ostendendo. sicut per se fecit apostolus cum a iudeis accusaret mendaciter super multis. cepit rationem reddere dicens. **Act. xxvi.** De omnibus de quibus accusor a iudeis estimo me beatum esse cum sim defensor meus hodie. **Secunda** est defensio non solum licita sed necessaria omnino. quoniam uidelicet de peccato temptat. **i. Para. xi.** dicitur quod cum philistei congregati essent in prelium contra filios israel. huius steterunt in medio agri & defenderunt eum scilicet iesabam qui interpretatur laudans populum. & eleazar qui interpretatur deus meus adiutor. Nam illi qui stant in ueritate populi christiani. & qui deum habent adiutorem debent stare pugnando strenue in medio agri ecclesie. uel agri proprie conscientie et hunc agrum constantem defendere contra philisteos. id est demones impugnantes. **Tertia** est defensio licita quoniam in causam trahitur actione scilicet personali uel reali. siue civiliter siue criminaliter impetrat. **Vnde dicitur. Act. xxv.** Non est romanis consuetudo damnandi aliquem hominem priusquam is qui accusat presentes habeat accusatores. locumque se defendendi accipiat ad abluenda crimina. **Quarta** est defensio licita immo debita quoniam pauper opprimitur seu persona que cumque miserabilis iniuste affligitur. tunc principes & iudices tenentur eos defendere contra uolentiam & feritatem potentium. **ysa. i.** Subuenite oppulso iudicate pupillo defendite uiduam. **Sed** contra iudices impios & auaros dicitur ibidem. Principes tui infideles socii furum. omnes diligunt munera. sequitur retributiones pupillo non iudicant & causa uidue non ingreditur ad eos. **Ideo Iere. l.** Redemptor eorum fortis est dominus exercituum nomen eius. iudicio defendet causam eorum. **Quinta** est defensio necessaria quoniam fides uel ueritas impugnat. ad hoc tenentur prelati & doctores ecclesie. sicut de seipso dicebat apostolus. **Phy. i.** In defensione euangelii positus sum. **Et** conuersus ad fidem dicebat. Confido in uobis eo quod habeam uos in corde. et in uinculis meis in defensione & confirmatione euangelii. socios gaudii mei omnes uos esse. **Defensio** autem illicita multiplex est. **Prima** est quoniam homo peccatum suum peccatiter et superbe se iustificando defendit. **De hoc ait. Bern. vbi supra.** Multas faciunt aliqui excusationes in peccatis. aut enim dicit qui excusat se. non feci. aut feci. feci quidem. sed benefeci. aut si male. non multum male. aut si multum male. non mala intentione. **Si** autem de illo sic aduocatus & eua conuincitur. aliena suasionem excusare se nititur. **Et. Gre. xxxi. mox. c. xii.** Uisus est hominum generis uitiu est. & libendo peccatum committere. & commissum negando abscondere. & conuictus defendendo multiplicare. **Ex** ipso quippe lapsu primi hominis hec augmenta nequitie ducimus ex

quo ipsam radicem trahimus culpe. **Interrogatus** enim homo ubi esset ut perpetratam culpam respiceret et confitendo cognoscere. adhibere sibi uterque defensionum solacia magis quam confessionem elegerunt. **Cumque** excusare peccatum uoluit uir per mulierem. mulier per serpentem anxierunt culpam quam tueri conati sunt. oblitusque adam dominum tangens quod ipse peccatum eorum actus extiterit qui mulierem fecit. eua ad dominum culpam referens qui serpentem in paradiso posuisset. **Sic** ergo reatus suum dum defendere moliuntur addiderunt ut culpa eorum acriter discussa fieret quam fuerat perpetrata. **Vnde** nunc quoque humani generis rami ex hac adhuc radice amaritudinis trahunt. & cum de uicio quisque arguitur sub defensionum uerbis quasi sub quibusdam arborum foliis se abscondit. **In** qua uidelicet occultatione non se domino sed dominum abscondit sibi. agit namque ne omnia uidentem uideat. non ut ipse non uideatur. **Idem. xxxiii. mox. c. xxvi.** Omnes iniqui in omni peccato quod faciunt scutum superbe defensionis opponunt. **Nam** cum quis talium de reatu sue iniquitatis arguitur. non mox cogitat quomodo culpam corrigat. sed quid in adiutorium sue iniquitatis opponat. nulla itaque ueritatis sagitta penetrat. quia uerba sancte correctionis. scuto excipit superbe defensionis. **Secunda** defensio illicita est quoniam quis alium in peccato suo defendit. quod faciunt adulatores. **Sic** in psalms dicitur. Laudate peccatores in desideris anime sue. & iniquus benedicitur. **Gre. xxxiii. mox. c. v.** exponens illud **Iob. xl.** protegitur umbra umbram eius. ait. Dum doctrine iustorum mali contradicunt. dum ab eis iniquum quodlibet corrigi non permittunt umbra uehementi umbram eius protegunt. dum nequissimo facta nequiores pueris patrociniis tuentur. quod nimirum hoc studio faciunt. ne dum culpa in qua & ipsi obligati sunt in aliis corriguntur ad ipsos quoniam ueniant. se igitur tegunt dum alios protegunt. quia culpam suam preuidet impetum. **Vnde** alios considerant libera correptione confundi. **Sicque** fit ut sententia criminum dum defendunt augeatur. & uniuscuiusque nequitia eo sit ad perpetrandum facilis. quo difficilis ad puniendum. **Scelera** quippe peccatorum tanto maiora incrementa percipiunt. quanto per defensionem potentium diu in uita tolerantur. **Sed** tales quicumque seu intra seu extra sanctam ecclesiam esse uideantur. tanto se apertiores de hostes exhibent. quanto maiores sunt patroni uitorum. contra illum quippe suis defensionibus pugnant. cui ea que displicent defendendo multiplicauit. **Bene** de talibus potest dici illud. **Iud. th. vii.** Montes. i. superbi & potentes defendunt illos. **Tertia** defensio illicita est. si quis tepaliter affligatur se defendat quia non debet uideam expectere sed patienter sustinere. **Sic** apostolus monet. **Ro. xii.** Si fieri potest quod ex uobis est cum omnibus hominibus pacem habentes non uosmetipsos defendentes karissimi. sed date locum ire. **Scriptum** est enim. mihi uindicta. & ego retribuam dicit dominus. **Quarta** defensio est quoniam quis ex presumptione sua uolens alius dominari & eos

sibi subicere cōtemni se iudicat & cōfundi si non obediant ei vel reuerentiā exhibeant. Si tunc nabuch. volens cūctis nationibus dñari. iuravit p̄ thronū et regnū suū q̄ defenderet se de omnibus illis qui suū imperiū recusabāt. Iud. ii. Aman quoq; confusus se reputans quia mardocheus non flectebat genua corā eo. nec ei reuerentiā exhibebat. non solū in morte; eius machinatus est. sed & totius populi iude or̄. Hester p̄ totus. Sic multi ex sūma supbia iniuriatos se dicūt ab illis qui eis non exhibēt honorē & reuerentiā. & querūt occasiones nocendi multipliciter & grauandi.

Nonus gradus supbie est fallax et superba confessio. De qua. Bern. ubi supra. Sed h̄ exultationis gr̄a eatenus mala iudicent. quatinus ore p̄phero uerba malicie appellantur. multo tñ periculosior est fallax & supba cōfessio q̄; pertinax & obstinata defensio. Nonnulli enī cū de aptioribus arguunt scientes q̄ se defenderēt non sibi crederēt. subtilius inueniūt argumentū defensionis uerba respōdentes dolo cōfessionis. est enī qui nequit se hūiliat. & interiora eius plena sunt dolo. Eccl. xix. Vultus demittit. p̄sternit corpus. aliquas sibi lacrymas extorq̄nt si possunt. uocē suspiriis. uerba gemitibus interrumpunt. nec solum qui huiusmōi est obedientia non excusat. sed sic culpam exaggerat ut dum impossibile aut incredibile aliquid sue culpe audis. additū etiā aliud quod ratū putabas discredere possit & ex eo qd fallum esse non dubitas in dubiū ueniat qd quāsi certū tenebat. dūq; affirmante quod credi uolunt. cōfitendo culpā defendūt & aperiendo regunt. qñ & cōfessio laudabiliter sonat in ore. & adhuc iniquitas occultatur in corde. quatinus magis ex hūilitate q̄; ex ueritate fateri putet qui audit. aptans ei illud. p̄. xviii. Iustus in principio accusator est sui ipsius. Sed qui ueraciter penitet. labore penitētie non abhorret q̄; q̄d p̄ culpa sibi iniungit quā odit. tacita cōsciētia amplectit̄ patit̄. Cuius uero simulata cōfessio ē vna uel leuis cōtumelia. aut exigua pena interrogatus iam hūilitatē simulare. iam simulationē dissimulare non potest. murmurat. frendet. irascitur. Quāta putas tunc cōfusio sit i corde supbi cū fraus deprehendit. pax amittit. laus minuit. nec culpa diluit. tandē notat̄ ab omnibus. iudicat̄ ab omnibus. eo qd oēs uehemētius indignantur qd fallū aspiciūt q̄; q̄d de eo pri⁹ opibāt.

Decimus gradus superbie est rebellio. De q̄ dicit̄ infra. inter filias inanis glorie. Undecimus gradus supbie est libertas peccandi p̄ quā aliquis cū iam nec supiorē uidet quē timeat. nec fratres quos reueretur tāto securus q̄nto liberius sua desideria delectatur adimplere. a quibus prius tam timore q̄; pudore phibeat̄. De hac nepharia libertate dicit̄. Job. xi. uir uanus in supbiam erigit̄. et q̄ si pullū onagri se liberū natū reputat. &c. Sic. x. mox. xi. Vanitatis est ut cū p̄tē mē

tem suat. hanc ex culpa audacē reddat. q̄; nis sui reatus oblita q̄ se innocentiā amisisse non dolet. iusto excecata iudicio simul & hūilitatē perdat. Et fit plerūq; ut prauis desiderii seruiens a iugo se diuini timoris excutiat. & quasi in malo; p̄p̄rationē iam libera omne qd uoluptas suggerit implere cōcedat. Vñ cū uir uanus se erigere p̄ supbiam dicit̄. illico subinfertur. Et quasi pullū onagri se liberū natū putat. Per pullum onagri omne genus agrestiu exprimit̄. quod nature dimissus motibus loz̄is dñantiū non tenet. agri nāq; anialia hnt̄ in libertate ire quo appetunt. et q̄; ere cū lassant̄. Et quāuis insensatis aialibus hō loq̄e fit melior. hoc tñ plerūq; hōi nō licet quod brutis aialibus licet. Qui enī ad aliud non feruant̄ eoz̄ motus sub disciplina mīme restrunguntur. homo uero qz ad sequentē uitam ducitur. necesse est ut in cunctis suis motib⁹ sub discipline dispositione religet̄. & quasi domesticū aial loz̄is uinctū seruiat & eternis dispositionibus restrictū uiuat. Qui ergo implere cūcta que desiderat p̄ libertatē querit quid aliud qz pullo onagri esse similis conspiciatur. uel hunc discipline loza non teneant s̄ audacter uagus p̄ siluas desiderioz̄ & abrupta uiciorū sine retardatione discurrat.

DE CONSUEVDINE PECCANDI DI. VII.

Dodecimus gradus superbie ē peccandi consuetudo. Post qz terribili dei iudicio prima flagicia impunitas sequit̄. experta uoluptas libenter repetit̄. repetita blandit̄. cōcupiscentia reuiscente sopitur ratio. ligat consuetudo. trahitur miser in p̄fundū malo; tradit̄ tyranni; di pessimo; ita ut carnaliū uozagine desiderioz̄ absorbeus. sue rōis diminiq; timoris oblitus dicat insipiens in corde suo. non est deus. Jam indifferenter libitis p̄ licitis utit̄. Jam ab illicitis excogitandis. p̄p̄randis. inuestigandis. animus. manus. et pedes. mīme phibent̄. In undecio quidē gradu supbie & si nec fr̄es. nec supiorē suū timer. nundū tñ penitē formidine caret. hanc ratō tenuit̄ adhuc submurmurans uoluntati p̄ponit. nec sine qualicūq; dubitatione queq; primū illicita p̄ficit. Sed si cut is qui uadū temptat pedetenti nō cursim gurgitem uitioz̄ intrat. In hoc aut̄ duodecimo gradu iam effrenata uoluptate deductus. iam experta impunitate securus. iam dei iudicio oblitus p̄ deūa queq; miser currit. Quēadmodum deniq; ascensis duodeci hūilitatis gradibus corde iam alaci absq; laboze p̄ bona cōsuetudine iustus currit ad uitam. sic descensis duodeci supbie gradibus impius p̄ malo usu non se ratōne gubernans. non timoris freno retentans increpidus currit ad morte;. In mediis gradibus hūilitatis & supbie iustus & impius fatigantur & angustiantur. qui nunc metu cruciati gehenne. nunc p̄stima retardati cōsuetudine descendendo uel ascendendo labozat̄. supremus tantū et infimus currit absq;

impedimento & absq; labore. hic ad mortem. alter ad uitam. uterq; festinat. ille alacer. hic pcliuioz. illum alacrem caritas. hunc pcliuem cupiditas facit. In altero amor. In altero stus poz laborē non sentit. In illo nāq; pfecta caritas. In isto cōsummata iniquitas foras mittit timorē. Illi ueritas huic cecitas dat securitatē. Potest ergo gradus hic duodecimus appellari consuetudo peccandi. cuius occasione de consuetudine bona & mala est dicendū. Primo ostendendū quāta mala faciat homī cōsuetudo mala. Scōdo de remediis cōtra cōsuetudinē malam. Tertio qz opposita iuxta se posita clarius elucescunt dicendū erit de consuetudine bona. Sciendum autē qz consuetudo mala multa mala facit. ppter que summope cauenda est. Primū est qz facit hominē pnum ad omne malū. Iere. ii. Cursoz leuis explicans uias suas. Onager assuetus qui sine freno circūducitur ubi suus impetus ducit eū. Homīes malis assueti sūt ut peluis ī aqua. gallus sup pīnā naculū. molendinū ad uentū. nauicula ī mari sine regimie. pluma ī uia uel lanugo. Hiisunt nubes sine aqua. nebule turbinibus agitate. fluctus seui maris. qui ducunt quocūq; a uento temptationis uel pprie cōmōtionis īpelluntur. Iude. c. Scōdo facit hominē graue & ponderosum ad benefaciendū & malū fugiendū. Iere. xiii. Nunqd potest ethyops mutare pellem suā. aut pardus uarietatez suā. sic nec uos poteritis benefacere cū didiceritis malefacere. hoc iugū graue sup filios adam Tre. i. Vigilauit iugū iniquitatu; mearu;. Et post. Dedit me ī ma. foz. de qua nō potero surgē. Iob. xi. Lapis erat suppositus lazaro. Glosa. Difficillime surgit quē moles male cōsuetudinis premit. Exo. i. Premebant filii israhel duris opibus luti & lateris & palarū. & hoc sub pharaonica seruitute & egyptioz qui cōsuetū numerū laterū exigebant. Sicut dicit. Exo. v. Ad hoc pīnet qd habet sup. ti. de pōdere peccati & seruitute. Itē est infirmitas grauis ad tolerandū & ad curandū. Eccl. x. c. Languor plixus grauat medicū. est etiā quasi gutta ī ossata. & lepra incurabilis & perseuerans nisi solo diuino miraculo. Poeta. Prīcipiis obsta sero medicina parat. quāuis p longas cōualuere moras. Similiter. frustra comūia curis egrarumebis. posteriozes uideas uenienti occurris te morbo. Aresto. ī ethicis. Difficile est illam passionē repellere q est cū temperantia. Eccl. i. Peruersi difficile corrigunt. Tertio mala consuetudo cor hoīs indurat. Indurat homo ī mala cōsuetudine. ut es ī aqua. lac ī igne incus sub malleo. cornu ī capite. aqua ī gelu q p longam cōgelationē indurat ī lapidē cristallinū. Eccl. xl. frigidus uent⁹ aquilo flauit flauit aquilo & gelauit cristallus ab aqua. Quarto ligat hominē cathena quasi ferrea Vñ aug⁹. li. confel. Tenebar nō ferro alieno s; mea ferrea uoluntate. etc. Ad modū sampsonis qui primo ligatus est neruis mollibus. po-

Indignatio. i. disceptatis redargutio. **V**sa. xxx. Labia eius repleta sunt indignatione. tribulatio. i. pena exterior ignis materialis. & angustia. i. pena interior vermis spiritualis. **V**sa. ultio. Vermis eorum non morietur. & ignis non extinguetur. i. omnia aiam supple uentura sunt h. primo et postea etiam in omne corpus hominis operantis malum. Quarto & ultimo indignatio importat virtutem qua quis contra peccatum inuehitur. vel contra peccatum proprium per dolorem contritionis. vel contra peccatum alienum per feruorem emulationis. **C**ontra peccatum iniquum proprium per penitentiam. **V**n. ii. **C**or. vii. Que sunt deus est tristitia. i. dum peccator tristis est quia fecit quod deus odit. penitentiam. i. penitentialem satisfactionem. i. salutem stabilem. i. eternam operatur. **E**cce enim hoc ipsum scilicet experti estis in uobis quantum sollicitudinem. **E**n. hic apud septem gratiam tristitie penitentialem. contra septem incommoda que facit peccatum in anima. **P**rimo enim causat offensam ad deum. contra quod est sollicitudo de emenda. **S**ecundo obligationem ad supplicium. contra quod ponit defensionem a gehenna. **T**ertio maculam quantum ad subiectum proprium. contra quod ponit indignationem de macula. **Q**uarto penitentiam ad malum. contra quod ponitur timor. **Q**uinto difficultatem ad bonum. contra quod ponit desiderium de profectu. **S**exto exemplum malum ad proximum. contra quod ponit bonorum emulationem. **S**eptimo delectationem voluptatum contra quod ponit corporis punitionem. **D**icit ergo. **E**cce hoc ipsum scilicet contristari per deum quantum sollicitudinem emendandi quod deliquistis operatur in uobis. nec hoc solum. sed etiam operatur defensionem uiam a gehenna. quia secundum gloriam. penitere est defendere se a gehenna. nec solum hic. sed etiam indignationem contra uos ipsos per statum preteritum. **A**d me ipsum anima mea conturbata est. **N**ec solum hoc. sed etiam timorem respectu recidui. **P**u. xxviii. **B**eatus homo qui semper est pauidus. **N**ec solum hoc. sed etiam desiderium proficiendi. **N**ec solum hoc. sed etiam emulationem. i. bonorum imitationem. **A**po. iii. **E**mulare ergo & penitentiam age. **N**ec solum hoc. sed etiam vindictam. i. punitionem per peccatis uis. **A**ug. **P**rima est quedam dolentis vindicta punietis in se quod dolet commisisse. **C**ontra uero alienum peccatum indignatur quis per zelum. **E**ze. iii. **A**bii amarus in indignatione spiritus mei. manus enim domini erat mecum confortans me. **I**te **Z**ach. viii. **Z**elatus sum super zelo magno. & indignatione magna zelatus sum eam.

Deinde considerandum est de excessu. **C**irca quod sciendum est quod excessus multipliciter dicitur in scriptura. **V**no modo dicitur excessus contemplationis exaltate. de qua dicitur. **C**or. v. **M**ente. i. contemplatione rationis. excedimus temporalia scilicet a temporalibus ad celestia nosmetipsos eleuando. deo teste & conscio. **A**lio modo dicitur excessus miseracionis dicitur. **L**uce. ix. **E**rant moyses & helyas uisi in maiestate & loquebantur cum eo excessum quem completurus erat in ierusalem. **E**xcessus iste fuit beneficii dicitur passionis. **B**ene autem sua passio dicitur excessus si consideretur. quis. quantum et qualis.

per quibus. & qualiter. & quare. & quod grauia. & horrenda passus fuerit. manifeste patet quod tante dignationis misterium tam immense miseracionis beneficii. plus excessit modum ordinem. & mensuram. excedit humana merita. excedit intelligentiam angelicam et humanam. **V**n. sicut ioseph qui saluator mundi dicitur est tantam frumentorum multitudinem congregauit. quod copia mensuram excedebat. **I**ta christus tantam multitudinem gratiarum & beneficiorum congregauit in ecclesia quod copia mensuram excedit. **T**ertio modo dicitur excessus abusionis erratice. quoniam scilicet abutitur aliquis habita potestate. vel usurpat sibi potestatem non commissam. vel officium non iniunctum. vel nimiam crudelitatem exercet prelatum in subditum. dominus in seruum. uir in uxorem. vel quoniam se ingerit per se. per amicum potentiam. uolentiam. fallaciam. vel pecuniam ut proficit cum sit inutilis & indignus. **V**ere si quis diligenter inspiceret. et profunde consideraret. quantum habent sollicitudines anxietates & curas illi qui presunt in quantum periculis sint. & quod districtam habebunt coram summo iudice reddere rationem. nec ita ardentem ambirent. nec de adeptis supbirent. **S**icut dicitur. **S**ap. vi. **A**udite reges & intelligite discite iudices finium terre. et sequi. horrende & cito apperbit uos. quoniam durissimum iudicium in hiis qui presunt fiet. **E**xiguo enim concedit misericordia. **P**otentes autem potenter tormeta patient. **E**t infra. **F**ortioribus autem fortior instat cruciatio. **A**d uos ergo o reges sunt huius sermones mei ut discatis sapientiam et non excedatis prelationes scilicet non habitas ambiendo. vel habitas abutendo.

DE STUDIO VET AMORE VANITATIS. DISTINCTIO. XV.

Deinde considerandum est de studio & amore uanitatis quoniam scilicet hominibus diligit sequi & frequentat uanitates huius mundi. **S**icut sunt ludii. cantationes. & choree. uenationes. & aucupia. aues. & canes. & tyrocinia. comestiones & conuiuia & homines que uana sunt & hominem uanum reddunt. **O**mnia profecto mundana uana sunt. **E**cce. i. **V**anitas uanitatum & omnia uanitas. **E**t hoc lucide declarat. quia uanum est quod nec facietatem prebet appetenti. nec utilitatem possidenti. nec stabilitatem innitenti. nec securitatem confidenti. **O**mnia terrena quocumque sunt in mundo uana sunt propter istas quatuor rationes. **P**rimo quod dem. quia non dant facietatem. immo potius uacuitatem homini diligenti. **T**um. quia non sunt in corde hominis. **S**ed nihil potest implere cor hominis nisi quod est in eo. **T**um scilicet. quia cor hominis propter deum amandum & capiendum factum est. & tunc capacitate & amplitudinis est. ut nihil nisi deus potest illud implere nec sibi sufficit. **T**um etiam. quia temporalia non plenitudinem sed uacuitatem adducunt. **V**no qui plus habet. expit se pluribus indigere. propter quod bene dicit sapiens. **E**cce. v. **A**uarus non implebitur pecunia. **N**ote pecunie intelligas omnia quocumque possunt pecunia comparari. **S**ecundo temporalia non prebent utilitatem

possidenti. sed magis onus. sollicitudines. angustias. & timores. damnū & piculum multiplex. sicut docet experientia. Et **Eccles. v.** dicitur Qui amat diuitias fructus non capiet ex eis. Inuanius dicit alijs laborare quā de labore suo nullū uel modicū fructū uel utilitatē consequitur. Sicut pueri sequendo papilionēs. & hō q̄libet uentū. umbrā. uel fumū insequendo. Ideo dicit. **Eccles. ii.** Vidi cūcta que sub sole fiūt & ecce uniuersa uanitas & afflictio spūs. Sequē Magnificauī opa mea. edificauī mihi domos & plantaui uineas. &c. Et post multa q̄ enumerat cōcludit. Cūq; me cōuertissem ad uniuersa opera que fecerant manus mee. uidi in omnibus uanitatē & afflictionē animi. **Tertio** temporalia uel mūdāna non p̄bent stabilitatē inuicē. q; sicut ip̄a transeunt. sic & ip̄i talia possidentes. **Gre.** Qui labenti inuicē. necesse est ut cum labente labat. Hoc cōfitemē impij in inferno. Sic dicit **Sap. v.** Quid nobis p̄fuit superbia. et diuitiarū iactātia qd̄ cōtulit nobis. **Tra**nsierunt om̄ia tanq; umbra. &c. **Quarto** n̄ p̄bent securitatē cōfidenti. Non enī possūt dare securitatē uite uel pacis nel sanitatis & huiusmodi. **p̄. xi.** Qui cōfidit in diuitiis suis corruet. Et **Nee. i.** Vanitate seducti sumus. Propter qd̄. p̄s. fatuitatē mundanoꝝ arguens. Filii hōim vsq; quo ḡui corde. ut qd̄ diligētis uanitatem & queitis mendaciū. Sicut autē ista sūt uana. ita diligentes se uanos efficiunt. **Iere. ii.** Ambulauerūt post uanitatē & uani facti sūt. Qui enī mūdi uanitates diligunt & in eis delectantē. ex ip̄a uoluntate dilectionis & adherentie uani sunt. **Quoꝝ** uanitas radicatur in inflatis uisceribus. declarat in p̄lati sermonibus. demonstrat in opibus p̄petratis. et p̄bat in passionibus toleratis. **De p̄mo. p̄s.** Dñs scit cogitationes hōim qm̄ uane sunt. Cōueniat ergo unusq; sciam suam et uideat q̄les cogitationes habet. q; si uane sunt conuicē esse uanus. **Vane** sunt autē si p̄ eo q̄ ceteris p̄ferē temporaliter reputat se etiā spūaliter p̄ferendum. **Vñ. Gre.** Magna est potentia temporalis. q̄ apud deū meritū suū habet de bona admīstratione regiminis. Nonnūq; tñ eo ip̄o q̄ p̄minet ceteris. elatione cogitationis intumescit. & duz foris imenso fauore circūdat. intus ueritate uacuat. atq; oblitus sui in uoces se sp̄git alie. nas. talemq; se credit. q̄lem foris audit. non q̄lem intus discernere debuit. ceteros despicit. eosq; sibi equales ordine nature non cognoscit. cūctis se estimat amplius ualere quib; se uidet amplius posse. **Scriptus** est etiā. **Iob. xi.** Vir uanus in supbiam erigit. Mūdāna enim q; uana sunt faciunt cor hōim frequētē euanescere. nisi sit p̄ gratiā stabilitū. **Vñ** de sapientibus huius mundi dicit **ap̄. Ro. i.** Euanescunt in cogitationibus suis. & obscuratus est insipiens cor eoz. dicētes enī se esse sapientes stulti facti sunt. Nota q̄ alius euanescit p̄p̄ scientiam. alius p̄pter potentiā. alius p̄p̄ nobilitatē gn̄is. alius p̄pter diuitias et sic de alijs

& hec om̄ia uana sunt. **Itē** declarat eoz uanitas in sermonibus. Qd̄ enī latet in cordib; in uerbis frequēt ostendit. Sicut dictum est beato petro. Loquela tua manifestum te facit. Et dñs ait. Ex abundantia cordis os loquit. **Scriptum** est autē. Vana locuti sunt unusq; ad proximum suū. **Heu** q̄ uana sunt aliquoꝝ eloquia sc; uerba arrogancie. iactancie. fatuitatis & immūditie. uerba friuola. ociosa & huiusmodi. **Item** mōstrat uanitas ex opibus. **Naz** ut plurimū in alearum. scacoꝝ. taxilloꝝ. ludis uel in alijs iocis eque parū utilibus aut inuentionibus & aucupis occupant. & est q̄c; taz uanum. **Item** p̄ uanissima laude faciūt festa. & cōuiuia non p̄ paupibus xp̄i. s; p̄ diuitibus hystrionibus. traiectionibus. & p̄sonis alijs inhonestis. & hoc uanissimū iudico. **Itē** equos sibi multiplicant. phaleratos. scutiferos & alios seruientes. supra nūm & ultra suppetentiam facultatū. **Item** seruis suis & alijs multis multa dant paria uestiū p̄ noie largitatis. & hō ne uanitas. **Itē** p̄bat uanitas ex doloribus toleratis. nam in uenationibus et aucupis antedictis. multos labores sustinēt. uigilias. est; pluias. paludes. niues. glacies. spinarū. et uerū punctiones. famem. sitim. & plures alias corpoꝝ passiones. **Simili** in tyrocinis uerberant. fustigant. et aliqui mutilant. ut nomē sibi uendicent. p̄bitatis. s; hec uanitas est. **Si** p̄ p̄ctis suis imponerēt eis penitentia incomparabiliter minus grauis. dicerent se sustinē nō posse. **Si** autē p̄pter deū & aīarū suarū salutē tanta & tam grauiā sustinerēt. magni essent apud deū. & sancti ab hōibus dicerent. **Item** ut hōi toz neamēta frequēt. expendūt q̄ possident. & p̄ expensis hōi faciendis eras suas obligant. pecunias mueno sub usuris accipiunt. expensas intolerabiles faciūt extra ad ostentationē. & in domib; suis tam ip̄i q; uxores & liberi famis in edia cruciant. **Tandem** usuras soluere non ualentes. paupes effecti p̄p̄rijs hereditatib; expellunt. **Ecce** que de uano corde p̄deunt uana sunt & uane p̄pter uanitatē facta. uanū & uacū hōim ostendūt. & ad paupertatis uacuitatē p̄ducunt. **DE PECCATO EX CERTA MALITIA. DISTINCTIO. XVI.**

Deinde considerandum est de peccato ex certa malitia. Dicit enī. **Gre. xxv.** in moꝝ. xii. super illud **Iob. xxx.** Qui de industria recesserūt a deo. **P̄ctm** tribus modis comitit. nam aut ignorantia. aut infirmitate. aut studio p̄petratur. **Qd̄** potest sic declarari. **Homo** enī sicut & q̄libet res alia naturaliter habet appetitū bonū. **Vñ** q̄ eius appetitus declinet ad malū. nō potest cōtingere sine aliqua deordinatiōe in aliquo principio hōim existente. **Sic** enī & in actionibus rerū naturalium inueniē p̄ctm. **P̄cipia** autē actū humanoꝝ sunt intellectus & appetitus. tam rōnalis qui dicit uoluntas. q; sensituius. **In** hūanis igitur actibus cōtingit

quod peccatum sic ex defectu intellectus. puta quoniam peccat homo ex ignorantia & ex defectu appetitus sensitui. quoniam scilicet peccat homo ex passione sic etiam ex defectu uoluntatis que est inordinata. quoniam inordinata. quoniam minus bonum magis amat. & potius eligit pati detrimentum in bono minus amato ut potius bono magis amato. Sicut potius eligit homo abscisionem alicuius membri etiam scienter ut conseruet rem quam plus amat. Per hunc modum quoniam uoluntas inordinata plus diligit aliquod bonum temporale. puta diuitias. honores. & uoluptates quam ordinem rationis. uel caritatem dei uel aliquid homini. sequitur quod uelit & eligat in aliquo spirituali bono dispendium sustineri. eum bonum temporale quod plus amat possit obtinere. Nihil autem aliud est malum quam priuatio boni. Et hinc hoc aliquis scienter uult aliquod malum spirituale pro quod bonum spirituale priuatur. ut bono temporalis quod plus diligit potius & sic peccare dicitur ex certa malicia quasi scienter eligens malum. Licet autem nullus operetur ad malum intendens. sicut dicit dionysius. iiii. de di. no. quod malum hinc se & absolute non potest esse intentum ab aliquo. potest tamen esse intentum ad uitandum aliquod malum. uel ad consequendum bonum aliquod plus dilectum. ut dictum est. In tali autem casu aliquis eligeret consequi bonum pro se intentum si posset absque hoc quod alterius boni dispendium pateretur. Sicut uoluptuosus uellet uel delectatione si posset absque offensa dei. Sed duobus propositis magis uult offensam dei incurrere. quam dilectione priuari. Sciendum etiam quod quoniam dicitur aliquis peccare ex malicia hoc potest intelligi tripliciter. Vno modo potest intelligi de malicia habituali. hinc quod habitus malus uocatur malicia. quod peccat ex inclinatione habitus uicii osi. Alio modo dicitur malicia actualis hinc quod electio mali dicitur malicia. & sic dicitur aliquis ex malicia peccare quod ex deliberata electione mali peccat. Alio modo potest intelligi malicia aliquam culpam precedentem ex qua oritur culpa sequens. sicut cum aliquis impugnat diuinam gratiam ex inuidia procedente. Item nota quod uoluntas ex natura sue potentie inclinatur ad bonum tanquam ad proprium obiectum. Vnde omne peccatum dicitur esse contra naturam. propter quod dicit Damascenus. quod peccatum est ab eo quod est hinc natura in id quod est contra naturam uersio. Quod ergo uoluntas ex electione inclinatur ad malum. hoc aliter contingit. Et quoniam quod quidem ex defectu rationis. & sic dicitur peccare ex ignorantia. uel quoniam ex impulsu appetitus sensitui. Sicut quoniam aliquis peccat ex infirmitate siue ex passione. Sed neutrum horum est ex certa malicia peccare. Sed solum tunc aliquis ex certa malicia peccat. quoniam uoluntas eius ex se inclinatur uel mouetur ad malum. Quod potest intelligi dupliciter. Vno modo pro hoc quod habitus habet aliquam dispositionem corruptam inclinante ad malum. ita quod secundum illam dispositionem corruptam aliquod malum sit homini quasi conueniens & simile. & in hoc ratione conuenientie uoluntas tendit quasi in bonum quod unum quod tendit in id quod est sibi conueniens

Talis autem dispositio corrupta uel est aliquis habitus acquisitus ex consuetudine que uertitur in naturam. uel est aliquis egredionalis habitudo ex parte corporis. Sicut aliqui habent aliquas inclinationes naturales ad aliqua peccata propter corruptionem nature in ipsis. Alio modo contingit quod uoluntas pro se tendit in aliquod malum ex remotone prohibentis. uerbi gratia. Si quis prohibet uel impedit peccare non quod peccatum ei displiceat absolute. sed propter spem uite eterne uel timorem gehenne. remota spe pro desperatione. uel timore per presumptionem. sequitur quod ex certa malicia quasi absque freno peccat. Sic ergo patet quod peccatum quod est ex certa malicia semper in homine presupponit aliquam inordinationem que tamen non semper est habitus. Vnde non est necessarium quod quicumque peccat ex certa malicia. peccet ex habitu. Denique sciendum quod peccatum quod fit ex certa malicia multo grauius est quam peccatum ex passione uel ignorantia. Sic dicit. Gre. xxv. mo. xii. Grauius est ex infirmitate quam ex ignorantia. sed multo grauius studio quam infirmitate peccare. De peccato ex certa malicia dicit. Job. xxxiii. Quasi de industria recesserunt a deo. Et Job. xv. Si non uenisset et locutus eis non fuisset. peccatum non haberent. nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et paulo post. Et uiderunt & oderunt & me & patrem meum. Gre. ubi supra. Aliud est ex precipitatione. aliud ex deliberatione peccare. Sepe enim peccatum precipitatione committitur. quod tamen consilio & deliberatione damnatur. Ex infirmitate enim plerumque solet accidere amare bonum & implere non posse. Ex studio uero peccare est bonum nec facere nec amare. Sicut ergo nonnunquam grauius est peccatum diligere quam perpetrare. ita nequius est odisse iustitiam quam non fecisse.

Demum considerandum est de inuerecundia peccandi. quoniam scilicet homo non uerecundatur peccare uel aliquid in honestum facere coram deo & angelis & sanctis. & hominibus. Gre. iiii. mo. ix. Sunt nonnulli quos ad perpetranda nequitia oborta malicia subita inuitat. sed tamen humana uerecundia reuocat. & plerumque pro hoc quod exterius erubescunt. ad interiora sua redeunt. et contra se internum iudicium sumunt. quod si propter hominem malafacere metuunt. quantomagis propter deum qui cuncta inspicit. nec mala appetere debuerunt. in quibus fit ut maiora corrigant pro bona minima. sed pro exteriori uerecundia. interiori culpa. Et sunt quidam qui postquam deum in mente contempserint multo magis humana iudicia spernunt atque omne malum quod appetunt audacter pagere non erubescunt. quos ad perpetrandum malum occulta iniquitas inuitat. & nulla apta uerecundia retardat. Sicut de quodam iudice iniquo dicit. Luce. xv. Deum non timebat & hominem non uerebatur. Hinc est etiam quod de quibusdam impudenti fronte peccantibus dictum est. Ysa. iiii. Peccatum suum quasi sodoma predicauerunt. Tales ergo nec timorem dei nec hominum pudore a perpetrandis flagitiis refrenant. De talibus etiam dicit. Iere. iiii. Frons

mulieris meretricis facta est tibi. noluit erubescere. Item. vi. Confusi sunt qz abhominatio nem fecerunt. qn immo cofusione no sunt cofusi & erubescere noluerunt. Gre. vbi sup. Pra uū fuit malū facere uoluisse. & peius est perpe trata nō erubescere. **DE SCANDALO**

DISTINCTIO. XVII.

Demde considerandū est de scanda lo. qz enī ex inuerecundia peccādi non curat homo facere uel dicē ali quid unde scandalum oriat. Ideo post inuerecundia peccandi. cōsequēs est cōsi derare de scandalo. Circa qd cōsideranda sūt nouē. Primo qd sit scandaluz. Secōdo utrū sit pētm. Tertio utrū sit speciale pētm. Quarto utrū sit mortale pētm. Quinto utrū pfecto rū sit scandalizari. Sexto utrū eoꝝ sit scandalizare. Septimo utrū spūalia bona sint dimittē da ppter scandalū. Octauo utrū ppter scāda lū sint spūalia dimittenda. Nono que mouere possunt ad scandalū fugiendū ul' detestandū

Ad primū sciendū qd scandalū est dictum uel factū minus rectū pbens occasionem ruine. Et sumit hec diffinitō ex uerbo Ieroni qui exponens illud. Math. xvii. scis qz phari sei audito h uerbo scandalizati sunt. dicit. qn legimus. Quicūqz scandalizauerit. hoc intelli gimus q dētio uel factō occasionem ruine de derit. Sicut aut dicit ibidē. qd grece scandalō dicit. hoc offensionē uel ruinā & impensionē pedis possumus dicere. Contingit enī qnqz qd aliquid exponit alicui in uia corpali cui impi gens disponit ad ruinas. & talis obex dicitur scandalū. Et similit in pcessu uie spūalis cōm git aliquē disponi ad ruinā spūaliē p dictū uel factum alterius. inqntū scz aliquis sua ad monitione. uel inductione aut exemplo alte rū trahit ad peccandū. & hoc pprīe dicit scanda lū. Nihil autē hūm pprīam rationē disponit ad ruinas spūaliē nisi qd habet aliquē defe ctū rectitudinis. qz id qd est pfecte rectuz ma gis munit hoīem conē casū. qz ad ruinā induc at. & ideo cōuenientē dicit. qd dictū uel factū min⁹ rectū pbens occasionē ruine sit scanda lum. Et nota qm diffinitōne pēti gñaliter dī cit aug⁹. xxii. cōtra faustū. Pētm est dictum uel factū uel cōcupituz conē legē dei. In diffi nitione aut scandalī nō ponit cōcupitū. qz co giratio uel concupiscentia qz diu latet in corde non pponit alteri ut obex disponens ad rui nam. Dicit aut hic minus rectū non p compa tionē ad aliqd aliud a quo ī rectitudine supē sicut vnus actus uirtuosus dicit rectioꝝ altēo s; dicit minus rectū qd habet aliquē rectitudi nis defectū. uel qz est hūm se malū. sicut pētm. uel qz habet spēm mali. sicut cū aliquis recum bic in ydolio. qz uis enī hoc hūm se nō sit pētm si aliquis h non corrupta intentione faciat. tū qz habet quandā spēm uel similitudinē uenēa tionis ydoli potest alteri prebere occasionē rui ne. Et ideo apłus monet. i. Thessa. v. Ab omī mala specie abstinete uos. & ideo cōuenienter

dicit minus rectuz. ut comprehendant tam illa que sunt hūm se pēta. qz illa q habent speciē ma li. Item dicit prebēs occasionē non causam. qz sicut dictuz est nihil potest esse hoī sufficiens causa pēti qd est spūalis ruina nisi pprīa uolū tas. & ideo dicta uel facta alterius homis pos sunt esse soluz impfecta causa aliqualiē induc ens ad ruina. & ppter hoc non dicit. dans causam ruine s; dans occasione. quod signifi cat causam impfectam. & nō semp causam p se sed p accidens. & tū nihil phibet in quibus dam poni illud quod est agens. qz id quod ē hūm accidens vnus. potest p se alteri cōuenire. Sicut in diffinitōne fortune ponit causa per accidens in. ii. phicoꝝ. Itē nota qd aliquod di ctum uel factuz alterius potest esse alteri cau sa peccandi duplici. Vno mō p se. Alio modo p accidens. Per se qdem qn aliquis suo malo uerbo uel factō intendit aliū ad peccandum inducere. Vel etiā si ipse non h intendat ipm factū ē tale qd de sui rōne habet qd sit inducti uum ad peccandū. puta qd aliquis publice facit pētm. uel qd habet similitudinē pēti. & tunc ille qui hūm actū facit pprīe dat occasionem ruine. vñ uocāt scandalū actiū. Per accidēs aut uerbū uel factū vnus est alteri causa pec candi. qn & ppter intentionē opantis. & ppter conditionē opis aliquis male dispositus ex hu iusmodi ope inducit ad peccandū uel opandū puta cū aliquis inuidet bono alioꝝ. & tunc il le qui facit hūm actuz rectuz non dat occasio nem ruine quantū in se est. s; alius sumit. hūm illud. Ro. vii. Occasione aut accepta &c. & ideo hoc est scandalū passiuuz sine actiū. qz ille q recte agit quantū est de se non dat occasionē ruine quā alē patit. Qnqz ergo attingit qd etiā sit simul scandalū actiū in vno & passiuum in alio. puta cū ad inductionē vnus alius pec cat. Qnqz aut est scandalū actiuum sine passi uo. puta cum aliquis inducit uerbo uel factō alū ad peccandū. & ille non consentit. Qnqz uero est scandaluz passiuuz sine actiū. Sic iā dictuz ē. Item nota qd apłus. Ro. xiiii. diuidit scandalū conē offensionē & infirmitatem. dī cens. Bonū est non manducare carnē & non bibere uinū. neqz in quo frater tuus offendit aut scandalizat aut infirmat. Infirmitas enī nominat pmpitudinē ad scandaluz. Offētio aut noīat indignationē alicuius cōtra eū qui peccat. q potest esse qnqz sine ruina. Scanda lum aut impoztat ipam imp actionē ad ruinā

Ad hūm scz utrū scandalū sit pētm dicendū qd sicut dictū est duplex est scandalū. Pas siuū in eo qui scandalizatur. & actiū in eo q scandalizat dans occasionē ruine. Scandaluz igitur passiuū semp est pētm in eo qui scanda lizatur. n enī q scādalizat scādalizat n inqntū aliqlit ruit spūali ruina q ē pētm. Potest enī es se scādalū passiuū sine pēto eius ex cui⁹ factō aliqs scandalizatur. sicut cum aliquis standa lizatur de hīs q alius facit bene. Similit etiā scandalū actiū semp ē pētm ī eo q scādalizat.

quia vel in opus quod facit est peccatum. vel etiam si habeat speciem peccati dimittendum est semper propter proximi caritatem de qua unusquisque conatur saluti proximi providere. & sic quod non dimittit. contra caritatem agit. Potest tamen esse scandalum actuum si ne peccato alterius scandalizatur. sic super dictum est. Quod autem dicitur. Math. xviii. Necesse est ut veniant scandala. non est intelligendum de necessitate absoluta. sed de necessitate conditionali. quod necesse est prescisa vel pronuntiata a deo evenire. Si tamen coniunctim accipiamur ut dictum est. Vel necesse est evenire scandala necessitate finis. quod utilia sunt ad hoc quod qui peccati sunt manifesti fiant. Vel necesse est evenire scandala secundum conditionem hominum qui a peccatis non cauent. sicut si aliquis medicus videns aliquos indebita dicere utentes dicat necesse est tales infirmari. quod intelligendum est sub hac conditione si dietam non mutant. & si necesse est evenire scandala. si homines conversationem malam non mutant. Item nota quod quando dixit petrus domino. Absit a te domine. &c. Math. xvi. Hoc dixit ex pietatis affectu quem habebat ad christum. Vnde non peccavit hoc dicendo. quod sicut dicit. Iero. 9. Error apostoli de pietatis affectu veniens. nunquam inveniuntur videtur esse dyaboli. Vnde quando dixit ei ihesus. Scandalum mihi es. scandalum hic ponit per quolibet impedimento large loquendo.

Hoc tertium scilicet utrum scandalum sit speciale peccatum. dicendum quod scandalum passivum non potest esse speciale peccatum. quod ex dicto vel facto alterius aliquem ruere contingit secundum quod dicitur quod genus peccati non autem hoc ipsum quod est occasio peccandi sumere ex dicto vel facto alterius speciale rationem peccati constituit. quod non importat specialem deformitatem speciali virtuti oppositam. Scandalum autem actuum potest accipi dupliciter. per se scilicet & per accidens. Per accidens quidem quando est propter intentionem agentis. puta cum aliquis suo facto vel verbo inordinato non intendit alteri dare occasionem ruine. sed solum sue satisfaciendi voluntati. Sic etiam scandalum actuum non semper est peccatum speciale. quod quod est per accidens non constituit speciem. Per se autem est scandalum actuum quando aliquis suo inordinato dicto vel facto intendit alteri trahere ad peccatum. & sic ex intentione specialis finis sortitur speciale rationem specialis peccati finis enim dat speciem in moralibus ut super dictum est. Vnde sicut furtum est speciale peccatum aut homicidium propter speciale nocendum proximi quod intendit. ita etiam scandalum est speciale peccatum propter hoc quod intendit speciale nocendum proximi. & opponit directe correctioni fraterne in qua intendit speciale nocendum remotio.

Hoc quartum scilicet utrum scandalum sit peccatum mortale. dicendum quod sicut dictum est scandalum importat impactum quodammodo per quem aliquis disponit ad ruinam. & ideo scandalum passivum quando quod quidem potest esse peccatum veniale quasi habes impactum quodammodo tantum. puta cum aliquis ex inordinato dicto vel facto alterius commoveatur motu venialis peccati. Quod quidem est peccatum mor-

tale. quod habens cum impactum ruina. puta cum aliquis ex inordinato dicto vel facto vel verbo procedit usque ad peccatum mortale. Scandalum autem actuum si sit quidem per accidens potest esse quod quidem peccatum veniale. puta cum aliquis vel actus peccati venialis committit. vel actus qui non est secundum se peccatum sed habet aliquam partem mali cum aliqua levi indiscretionem. Quod quidem vero est peccatum mortale siue quod committit actum peccati mortalis. siue quod committit salutem proximi. ut per ea conservanda non permittat aliquid facere quod sibi liberit. Si vero scandalum actuum sit per se puta cum intendit inducere alium ad peccandum. Si quidem intendit inducere ad peccandum mortale est peccatum mortale. & similiter si intendat inducere ad peccandum venialiter per actum peccati mortalis. Si vero intendat inducere proximum ad peccandum venialiter per actum peccati venialis est peccatum veniale.

Hoc quintum scilicet utrum peccato sit scandalum. dicendum quod scandalum passivum importat quodammodo commotionem animi a bono in eo qui scandalum patitur. nullus autem commoveatur qui rei immobili firmiter inheret. Meliores autem siue peccati soli deo inheret cuius est immutabilis bonitas. quod etiam si inherant suis prelati non inherant eis nisi in quantum illi inheret christo. secundum illud. ii. Cor. iii. Imitatores mei estote sicut & ego christi. Vnde quantumcumque videat alios inordinate se habere dictis vel factis ipsi a sua rectitudine non recedunt. secundum illud. ps. Qui confidunt in domino sicut mons syon non commovebitur in domino sicut mons syon non commovebitur in domino qui habitat in ierusalem. Et ideo in hiis qui peccato inheret christo per amorem scandalum non movetur. secundum illud. ps. Pax multa diligentibus leges tua domine & non est illis scandalum.

Hoc sextum scilicet utrum peccato sit scandalizare. dicendum quod scandalum actuum proprie est cum aliquis aliquid tale dicit vel facit quod de se est tale ut alterum natum sit inducere ad ruinam. quod quidem est solum id quod inordinate fit vel dicitur. ad peccatos autem pertinent ea que agunt secundum regulam rationis ordinare. secundum illud. ii. Cor. xiii. Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis. & precipue hanc cautelam adhibent in hiis in quibus non solum ipsi offenderent. sed etiam alii offensio neque parent. & si quid in eorum manifestis dictis vel factis in hac moderatone desit hoc pervenit ex infirmitate humana secundum quam a perfectione deficiunt. non tamen intantum deficiunt ut multum ab ordine rationis recedant. sed modicum & leviter quod non est tam magnum ut ex hoc rationabiliter possit ab alio sumi peccandi occasio.

Hoc septimum scilicet utrum spiritualia bona sint peccato scandalum dimittenda. dicendum quod cum duplex sit scandalum actuum scilicet & passivum. questio ista non habet locum de scandalum activo. quod cum scandalum actuum sit dictum vel factum minus rectum nihil est cum scandalum activo faciendum. Habet autem locum questio si intelligatur de scandalum passivo. Considerandum est igitur quid sit dimittendum ne alius scandalizetur. Est autem in spiritualibus bonis distinguendum. Nam quedam horum

sunt de necessitate salutis que pretermitti non possunt sine peccato mortali. Manifestum est autem quod nullus debet mortaliter peccare ut alterius peccatum impediat. quia secundum ordinem caritatis plus debet homo suam salutem spiritualem diligere quam alterius. & ideo ea que sunt de necessitate salutis pretermitti non debent propter scandalum vitandum. In hiis autem spiritualibus bonis que non sunt de necessitate salutis videtur distinguendum. quia scandalum quod ex eis oritur quicquid ex malitia procedit. cum scilicet aliqui uolunt impedire hominibus spiritualia bona scandala concitando. & hoc est scandalum phariseorum qui de doctrina domini scandalizabantur. Quod esse contemnedum dominus docet. **Matth. xv.** Quicquid uero scandalum procedit ex infirmitate uel ignorantia. & hominibus scandalum est pusillo. propter quod spiritualia opera uel occultanda uel etiam interdum differenda sunt. ubi periculum non imminet quousque reddita ratione hominibus scandalum cesset. Si autem post redditam rationem hominibus scandalum duret. iam uidetur ex malitia esse. & sic propter ipsum non sunt hominibus spiritualia opera dimittenda. **Vn notandum secundum Augustinum** in libro contra epistolam permenianam. Vbi scismatis periculum timeatur a punitione peccatorum cessandum est. & tamen punitione peccatorum est quid spirituale ad iustitiam pertinens. quia penam inflictio non est propter se experenda. sed pene infliguntur ut medicine quedam ad cohibendum peccatum. & ideo in tantum habent rationem iusticie in quantum per eas peccatum cohibentur. Si autem per inflictionem penam manifestum sit plura et maiora peccata sequi. tunc penam inflictio non continebitur sub iusticia. & in hoc casu loquitur **Augustinus** scilicet quod excommunicatione aliorum imminet periculum scismatis. tunc enim excommunicationem inferre non pertinet ad ueritatem iusticie. **Ite** sacra scriptura res est maxime spiritualis. sed ab ea docenda cessandum est propter scandalum. secundum illud. **Matth. vii.** Nolite sanctum dare canibus. neque periculis margaritas ante porcos ne conuersi dirupant uos. **Sed** circa doctrinam duo sunt consideranda scilicet ueritas que docetur & ipse actus docentis. quorum primum est de necessitate salutis. ut scilicet contrarium ueritati non doceat. sed ueritatem secundum congruentiam etiam episcopis & personarum proponat ille cui incumbit docendi officium. & ideo propter nullum scandalum quod sequi uideatur debet homo premissa ueritate falsitatem docere. **Sed** ipse actus docendi in spiritualibus elemosinas computatur ut supradictum est. & ideo eadem ratio est de doctrina & de aliis misericordie operibus de quibus postea dicitur. **Ite** correctio fraterna interdum dimittenda est propter scandalum aliorum ut dicitur. **Augustinus** i. de ciuitate. **Sed** aduertendum quod quia correctio fraterna ordinatur ad emendationes fratris in tantum computanda est inter spiritualia bona in quantum hoc consuevit qui potest. quod non conuenit si ex correctione fraterna scandalizet. **Et** ideo si propter scandalum correctio dimittatur non dimittitur spirituale bonum. **Rursus** secundum **Ieronimum** propter scandalum dimittendum est omne illud quod pretermitti potest salua triplici ueritate scilicet uite. iusticie et do-

ctrine. **Impletio** autem consiliorum & largitio elemosinarum multotiens potest pretermitti salua triplici ueritate predicta. alioquin semper peccaret illi omnes qui pretermittunt. **Sed** sciendum quod in ueritate uite iusticie & doctrine non solum comprehenditur id quod est de necessitate salutis. sed etiam id per quod perfectius uenit ad salutem. secundum illud i. **Cor. xii.** **Emulami** carismata meliora. uel consilia etiam non sunt simpliciter pretermittenda. nec etiam misericordie opera propter scandalum. sed sunt interdum occultanda uel differenda propter scandalum pusillo. ut dictum est. **Quicquid** tamen consiliorum obseruatio & impletio operum misericordie est de necessitate salutis. quod patet in hiis que iam uouerunt consilia. & in hiis in quibus ex debito imminet defectibus aliorum subuenire. uel in temporalibus. puta esurientem pascendo. uel in spiritualibus. puta docendo ignorantem siue hominibus fiant debita. propter iniunctum officium ut patet in prelatibus siue propter necessitatem indigentis. & tunc eadem est ratio de hominibus. sicut de aliis que sunt de necessitate salutis. **Verum** autem per uitandum scandalum proximi debeat quis peccare uenialiter dixerunt quidam quod peccatum ueniale est committendum propter uitandum scandalum. sed etiam implicat seria si enim faciendum est iam non est malum neque peccatum. nam peccatum non potest esse eligibile. conuenit tamen aliquid propter aliquam circumstantiam non esse peccatum ueniale. quod tamen illa circumstantia sublata peccatum ueniale esset. **Sicut** uerbum ociosum est peccatum ueniale quoniam absque causa dicitur. si autem ex causa rationabili proferatur non est ociosum nec peccatum. quousque autem pro peccatum ueniale gratia non tollatur per quam est hominis salus. in quantum tamen ueniale disponit ad mortale uergit in detrimentum salutis.

Ad octauum scilicet utrum propter scandalum sint bona temporalia dimittenda. dicendum quod circa temporalia distinguendum est. aut enim sunt nostra. aut sunt nobis ad conseruandum per alios commissa. **Si**cut bona ecclesie committuntur prelatibus. & bona communia cuiuscumque reipublice rectoribus. & talium conseruatio sicut et depositorum imminet hiis quibus sunt commissa ex necessitate. & ideo non sunt propter scandalum dimittenda. sicut nec alia que sunt de necessitate salutis. temporalia uero quorum nos sumus domini dimittere ea tribuendo si penes nos ea habeamus. uel non repetendo si apud alios sunt. quicquid debemus propter scandalum. quicquid autem non. **Si** enim scandalum ex hoc oritur propter ignorantiam uel infirmitatem aliorum quod supradiximus esse scandalum pusillo. tunc uel totaliter dimittenda sunt temporalia. uel aliter scandandum scandalum. scilicet per aliquam admonitionem. **Vn** **Augustinus** dicit in libro de sermone domini in monte. **Dandum** est quod nec tibi nec alteri noceat quantum ab homine tradi potest. & cum negaueris quod peti iudicanda est iusticia ei. & melius aliquid dabis cum petente iniuste corexeris. **Aliquid** uero nascitur ex malitia quod est scandalum phariseorum. & propter eos qui sic scandala concitant. non sunt temporalia dimittenda. & hoc etiam noceret bono comuni. dare enim malis rapiendi occasio

& noceret ip̄s rapientib⁹ qui retinēdo aliena
in p̄cto remanent. Vñ. Gre. dicit in moralib⁹
Quidā dum t̄palia nobis rapiunt solūmō sūt
tolerandi. q̄dam uero seruata equitate p̄hibē-
di. n̄ solū curātes ne n̄ra subtrahant. s; ne rapi-
entes nō sua semetip̄os perdant. Preterea si
passim p̄mitteret malis hoībus ut aliena rape-
rent. vergeret hoc in detrimentū veritatis vi-
te & iusticie. & ideo non oportet p̄pter q̄dē
q̄ scandalū t̄palia dimitte. Item q̄n dicit apl̄s
Ro. xiiii. Noli cibo tuo illū p̄dere p̄ quo xp̄us
mortuus est. non est intentio apl̄i monere q̄ ci-
bus sit p̄pter scandalū totaliter dimitteendus qz
sumere cibū est de necessitate salutis. Sed talis
cibus est p̄pter scandalū dimitteendus. s; illud
i. Coz. viii. Non manducabo carnē in eternū
ne fr̄em meū scandalizē. Item annexa sp̄uali-
bus q̄nq; sunt p̄pter scandalū dimittenda. ut pa-
ter. qz apl̄s seminans sp̄alia t̄palia stipēdia
non accepit ne offendiculuz daret euangelio
xp̄i. Sic dicit i. Coz. ix. & ex simili causa nō
exigit ecclesia decimas ī aliquibus terris p̄pter
scandalū uitandū. Sed intelligendum est qz
scandaluz quod uitabat apl̄s ex ignozātia p̄-
cedebat gentiliū. qz hoc non consueuerant &
ideo ad t̄pus abstinenduz erat nec prius insti-
tueret hoc esse debitū. Ex simili causa ecclesia
abstinet de decimis exigendis in terris in quib⁹
non est consuetū decimas dare.

Circa nonū scz que mouere debent ad scan-
dalū fugiendū. considerandū est. Primo
q̄re non sit scandalū faciendū. Sc̄do q̄re non
sit scandalū patiendū. Circa primū sciendum
qz cū summa diligentia scandalū est uitandū
actiū id est ne homo aliquid agat unde sc̄-
dalū oriat̄. Priō p̄pter blasphemā dñi noīs.
Sc̄do p̄pter nocumētū multiplex pxioz. Tertō
p̄pter infamiā & augmentū nephandī crimi-
nis. Quarto p̄pter incrementū & cumulū cor-
ruptioz. **P**rimo quidē uitanduz est scan-
dalum p̄pter dei blasphemā. Vñ conq̄rit̄ do-
minus. Vñ. li. dñatores tui iniq̄ agunt. & iu-
giter nomē meū blasphemant. p̄ctā enī maiōz
id est principū seculariū & p̄latoz ecclesie p̄ci-
pue faciunt nomē dñi blasphemari. Vñ mīo-
res excusant se de p̄ctis suis p̄pter p̄ctā maio-
rū. Sed & iudei & heretici in p̄fidia pseuerant
p̄pter exempla mala & scandala p̄latoz. dicē-
tes. Videte quō isti viuūt. quō incedunt. non
sic petrus. paulus. & alii. Cum quidā legati &
abbates tredecim missi ad terram albigenisium
cum multis equis & famulis ambularent con-
tra hereticos p̄dicantes. insurgebant cōtra eos
heretici p̄dicantes econē exempla mala & iso-
lentiā uite p̄latoz clericoz ac etiā religiosoz.
dicentes. Ecce quō isti p̄dicant nobis xp̄m do-
minū suū. equites pedicē. diuites paup̄em. pō-
posi humilē. & hmōi. & sic sine fructu de tra-
confusi recedere habuerūt. i. Re. xii. Dixit na-
than ad dauid. blasphemare fecisti nomē dñi
Aaron ponens scandaluz corā filiis israhel. i.
vitulum fecit eos apostatare a deo. & dixerūt.

isti sunt dñi tui israhel &c. Exo. xxxii. Similit̄
ieroboam. iiii. Re. xii. Cogitato ieroboam con-
silio fecit duos vitulos aureos. & posuit vnuz
in bethel. & alterū in dan. & dixit. Isti sūt dñi
tui israhel. &c. & factū est hoc israhel in pecca-
tū scz apostasie uel ydolatrie. Duo vituli duo
exemploz maloꝝ ḡna significant in p̄lat̄is et
psonis ecclesiasticis. hic est vitulus quē posuit
in bethel. i. in domo dei ecclesie ad ruinā popu-
li. Vitulus in dan qui iudiciū interpretat̄ signi-
ficat exemplū malū principū terrenoꝝ. q̄ ali-
os & iudicat̄ iuste & a dño iudicabunt. Item
balaam docebat balach mittere scandalū corā
filiis israhel. ut dicit̄. Apōc. ii. edere scz de sacri-
ficiis ydoloꝝ & fornicari cū mulieribus madi-
anitis que induxerūt eos ad ydolatriā. Sicut
dicit̄ Exo. xxxv. Similit̄ de salomone. iiii. Re.
xi. Cum iam esset senex depuatus est cor ei⁹ p̄
mulieres ut sequeret̄ deos alienos. Similit̄. ii.
Mach. iii. Iason facinorosus uerbis suis et exē-
plis om̄es cōtribules suos traxit ad ritum gē-
tiliū. Et sic patet qz scandaluz inducit dei blas-
phemiam. **S**c̄do uitandū est scandalū p̄pter
nocumētū multiplex pxioz. multi enī vi-
sis uel auditis scandalis vulnerant̄ in mētib⁹
puertunt̄ in moribus. p̄s. Cū puerfo puerteris
imitando scz vitia puerfoꝝ. Item p̄cipitantur
in foueā p̄cti. scandalizantes enī primo corru-
pentes in foueā multos secū trahunt. maiōz au-
tē & grauiōz est ruina primo cadentis. qz om-
nes alii corruūt sup̄ eū. Homo quidā uolens
arboꝝ inclinare multos socios aggregauit q̄
ascendens in arboꝝ sūmitatē arboꝝis app̄hen-
dens pependit in ea deorsum trahendo. Sc̄os
uero manibus apprehēdit pedes primi. & ter-
tius sc̄oi. & quartus tertii. & sic de aliis. cum
aut̄ primus pondere grauatus sc̄eare uellet ī
manibus auulse sunt ab arboꝝ. & sic ipse ceci-
dit & om̄es alii p̄ter ceciderūt. Sic vno corru-
ente p̄ p̄ctm. multi adherentes ei corruunt ei⁹
exemplo uel sc̄adalo. Sicut primo angelo cor-
ruente om̄es alii adherentes ei p̄ consensū p̄i-
corruerunt. Sic et multi post se trahunt alios
Cōtra quos ysa. v. Ve qui trahitis iniquitatez
in funiculis uanitatis & q̄si uinculuz plaustrū
p̄ctm. Tales sunt dyaboli uenatoꝝ qui mul-
tos uenantur. illaqueant. capiūt. & acquirūt
dyabolo. Michee. vii. Vir fratrē suū uenatur
ad mortem. Iere. v. Inuenti sunt ī populo meo
imp̄i insidiātes quasi aucupes laqueos ponē-
tes. & pedicas ad capiendū viros. Laquei sunt
exempla uanitatis. pedice sunt exempla cupi-
ditatis. decipula sūt doloꝝitatis exempla. Vñ
legit̄ sicut decipula &c. Item sunt ut bubo cir-
cundari laqueis quē aucupes ponūt de die in-
ter laqueos. ad quē accedētes cornicule uel alie
aues admirantes capiunt̄ in laqueis circūposi-
tis maloꝝ exemploꝝ qui accedunt imitando.
Item similes sunt cuidā grui que capta ab au-
cupe et diu nutrita detrahit̄ alis facta ē ei q̄si
domestica. cum autē redissent plume uidens
gregē aliaruz aduolauit cū eis. & cū circa t̄pus

hiemale mutaret patriam facta est dux aliarum. & transiens per locum ubi nutrita fuerat quasi recordata boni pabuli quod in domo rustici habuerat. de nocte per tenebras introduxit alias in dicta domo. quarum clamorem audientes qui in domo erant surrexerunt. & accensis lumibus illam & alias ceperunt. quam inter alias potuit dominus agnoscere signo quod consueverat in coxa eius inuentum. Similiter qui apostatant a deo uel a fide uel ab ordine cum maxima ueneratione animarum ad dyabolum. uel mundum. uel peccatum redeunt. Item sunt milites in exercitu dyaboli propotentes qui aliquando uno actu. in uno exemplo multos immo quasi innumerabiles occidunt. Sampson in mandibula asini mille uiros occidit. Iud. xv. Et ipse se occidit plurimos interimit. ibidem. xvi. Principes & plati qui subditis suis mala prebent exempla similes sunt herodis. de quo ferre dixisse cesar. Mallus esse herodis porcus quasi filius. quia cum prozelitus sit ipse occidit filios suos & nutrit porcos. Osee. ix. Effraim ad interfectorem ducit filios suos. Item sunt similes neroni. de quo dicitur in cronicis. quod hostis iustitie primam persecutionem in christianos excitans petrum & paulum occidit & matrem suam et sororem & fratrem suum lucretium & senatum. & omnes fere domesticos. & tandem se occidit execrabilis factus omnibus & odiosus. licet primo promotus ad imperium modeste impare cepisset. Multi in platone sunt ei similes. Iacob. xi. Qui pauere uerbo occidebant exemplo malo. Tertio uidentur est scandalum propter infamiam ipsius facientis. reddit enim eum uilem & in uilitate notabilem. deo. sanctis. & hominibus odibilem. Exo. x. Exosus habui eos propter malitiam aduentionum suarum. ps. Iniquos odio habui. Aues nocturnales odiose sunt auibus lucis. Sicut noctua et bubo. Sic peccatores amantes tenebras peccatorum sanctis omnibus sunt exosi. Item tales ecclesiam uel collegium sua uilitate confundunt. Iere. xv. Confusa est & erubuit. ps. Tota die uerecundia mea contra me est. dicit ecclesia & confusio faciei mee cooperuit me. & ideo merito sunt confundibiles & confusione digni. & tamen quicquid ipsi de sua confusione non erubescunt. Iere. vi. Confusi sunt quia abhominacionem fecerunt. Quinimmo confusione non sunt confusi et erubescere nescierunt. Debent autem confundi. quia sunt monstruosi. uenenosi. contagiosi. ridiculosi. Monstruosi quidem similes monstris babilonis. de quibus dicitur. Vsa. xiii. & xxxiiii. Erit cubile draconum & pascua strutionum. ibi occurrent demonia. onocentaurus & pilosus &c. Dracones sunt. quia uentum uanitatis attrahunt flamas ueritatis & malignitatis. euomunt. aquas diuitiarum & deliciarum mundi insatiabiliter bibunt. & aera flatu infamie inficiunt. Strutiones. habentes quasi alas autem. non uolat. uellera quasi ouium. uentre ferarum rugineum. pedes quasi asinorum. quia & si uerbis uolatu ad alta silant. de terra tamen non se eleuant. mentem habent quasi ferrugineam pro avaritia. & si exterius aliquando prebent quina similitudinem

